¶ Cum ergo ista accidentia visa fuerint attẽdẽdũ erit an paciẽtis facies multũ rubere: aut denigrari: aut viridis fieri videat̃: queãdmodũ cõtingit cũ sanguis in aliquo mẽbꝛo ex coartatiõe retinet̃: tũc. n. sanguis ex duab⁹ gidegui illico extrahendus erit: aut ex duabus cephalicis: Qꝛ si ita nõ fuerit imo cũ aerẽ attrahit auditur in pectoꝛe oꝛegmõ ex hoc clisteri erit clisterizãdus. Cuius hec ē cõfectio. ℞. collogntide. buchoꝛmariẽ. cẽtauree minoꝛis. archanite. ell'. albi: oĩuz añ. ℳ. i. coquant̃ oĩa i tribus libꝛis aque: donec ad vnã redeãt. deinde colent̃ ⁊ ex media libꝛa huius apozimatis fiat enema: qꝺ si cito exierit fiat iterũ donec humoꝛũ multitudo cum eo exeat. Naribus quoq̧ cõdisi ⁊ elleboꝛus albus suauiter insufflentur ⁊ est ingeniandũ: vt anacardinũ cũ idromelle ꝑ os ad stomachum multotiens descendere cogatur quaq̧ die semel: ex quo vnius aurei pondus in potu sumendũ est: cuius descriptio est in. c. de paralisi. Sartago preterea ferrea calefaciẽda est: ⁊ capiti multotiens adeo vicinãda: vt patientis capilli adurantur. Qꝛ si hoc modo non sanatur in medicando plus laboꝛabitur. Caput nãq̧ rademus: ⁊ ex sinapi trito ⁊ castoꝛeo ⁊ foꝛtissimo aceto liniemus.

¶ Sillanus

¶ Hic Rasis ponit curã appoplexie. Primo quãdo fit a sãguie. Scꝺo quãdo fit a flegmate. Tertio iterato quãdo fit a sanguine. Scꝺa ibi. (Qꝛ si ita non fuerit). Tertia ibi. (In p̄ncipio aũt huius). De p̄ma dicit ꝙ quãdo apparuerint signa dicta appoplexie debemus ꝯsiderare an facies patiẽtis videat̃ rubere. aut denigrari: aut viridis fieri sicut cõtingit ex coartatõe sanguinis qꝛ suple. arguẽdũ est ꝙ fit a sanguine. Scꝺo dicit ꝙ tunc debet fieri flebotomia duaꝝ venaꝝ guidet vel duaꝝ cephalicaꝝ. ¶ Notãdũ ꝙ ratio dictoꝝ est verificãs p̄mũ qꝛ sanguine retento causat̃ coloꝛ rubeus vel viridis vel niger. ¶ Uerificat̃ ꝺm qꝛ ꝑ flebotomiaz dictaꝝ venaꝝ euacuat̃ mã faciẽs appoplexiã. Si etiã post flebotomiã dictaꝝ venaꝝ fiat flebotomia vene nasi vl' frõt' adhuc magis euacuaret̃ materia appoplexie. ¶ Scꝺo notãdum ꝙ sanguis fit niger vel viridis in coꝛpoꝛe humano quadrupliciter. Primo ꝑ adustionẽ qꝛ calidũ agẽs in humidũ denigrat vt p̄ma p̄mi doctrina quarta. c. de humoꝛibus. Et patz ad sensũ. qꝛ ignis agens in ligna facit carbones q sunt nigri. Scꝺo ꝑ viã moꝛtificatõis sicut patet de frigiditate extrinseca denigrãte manus. Tertio qñ expellit̃ extra loca ꝓpꝛia sicut pz qñ expellit̃ ꝑ itestina vel ꝑ vesicã. ⁊ qꝛ spũs sunt expulsi a sanguine q sunt causa illustratõis. Quarto rõne ꝯstrictionis. qꝛ spũs suffocant̃. ¶ Ad ꝓpositũ in appoplexia est sanguis viridis vel niger trib⁹ vltimis modis. (Qꝛ si ita nõ fuerit). Hic ponit curã appoplexie qñ fit a flegmate ⁊ diuidit in duas. Primo ponit curã per clistere. Secundo per localia. Secunda ibi. (Naribus quoq̧). De pꝛima dicit ꝙ dũ modo nõ apparuerint signa sanguinis sed cũ attrahit aerẽ. auditur in pectoꝛe oꝛegmon. i. sonus factus ex humiditate flegmatica oppilante viam anhelitus. suple arguendum est ꝙ appoplexia fit a flegmate. Secundo dicit ꝙ tunc debet

aproximari clistere tale. ℞. colloqntide bochormarie centauree minoris arthanite ell'. al. an̄. ʒ. i. coquatur oia i tribus lb. aque donec reducatur ad vnā. colet ⁊ ex media libra fiat clistere. Subdit q si cito exeat clistere fiat iterum donec euacuetur multitudo humor. ¶ Notādū q rasis nō ponit curā per digestiuū q egritudo nō dat morā ad digerēdū cū sit pperacuta. Scōm q per os nō pōt assumi ppter ablationē sensus ⁊ motus ⁊ ppter hāc causā non posuit curā per euacuātia sūpta per os. ¶ Tertio notādū q tale clistere ɔuenit q per ipsum mā flatica euacuatur faciēs appliam. Loco illi valet hoc. ℞. centauree minoris vtriusq saluie rute abrotāi origani calamēti. an̄. ʒ. i. anisi maratri seminis siseleos seminis basilici an̄. ʒ. s. flor sticados arabici cimi an̄. ʒ. i. pulpe colloqntide. ʒ. ii. furfuris pugillū. i. mell' anacardi olei costini an̄. quartā. s. salisgēme. ʒ. i. ierepigre gal. vi. fiat clistere vsq ad quart. v. Est. n. valde appropriatū i applia. (Maribus quoq). Hic ponit curā p remedia localia ⁊ diuiditur i q̄ttuor ſm q q̄ttuor remedia ponit. Scda ibi. (Et est ingeniādū). tertia ibi. (Sartago ꝑterea.) quarta ibi. (Q si hoc modo.) De pma dicit q sternutatio debet fieri in sufflando suauiter in narib' ellebor albū. ¶ Notandu q valet istud sternutatoriū q icitat virtutē cerebri ad expellendū mām flegmaticā ⁊ mordicat miringas cerebri rōne sue acuitatis ¶ Notādū q loco hui' valet puluis euforby piretri pipis vel sinapis vel succus radicis ireos: vel puluis seminis nasturcy. ¶ Tertio notādū q p illa sternutatoria debēt itelligi alia pticularia que possunt excitare virtutē animalē: vt ligature in pedibus coxis ⁊ brachys: fortis fricatio extremorū: duplicatio digitor: cōpressio nasi: clamor fortis. exstirpatio pillor: suffumigatio cum galbano ⁊ euforbio (Est ingeniādū.) Hic ponit curā p aliud locale. s. p sumptionē vnius ɔfectionis ⁊ dicit q igeniādū est vt patiēti faciāt descēdere ad stomachū sepe anacardinū cu idromelle. Scdo vult q debeat sumi semel in die pōdus vnius aurei ɔfectōis cuius descriptio ponit in. c. de paralisi. ¶ Notādū q rō dictor ē q hec ɔfectio est magne caliditatis ⁊ ex illa puenit febris ⁊ illa ɔsumit mām applie. ¶ Dubitatur vtr talis sit ɔueniēs ⁊ arguit q nō. q nulla fortis medicina ɔuenit i applia ſz Auicen. in prima terty ⁊ in. c. de paralisi q materia est idigesta In oppositū est Rasis. Ideo dicendū q medicina pōt dici tripl'r. Primo rōne q̄titatis. s. q̄n dat in magna quātitate ⁊ sic cassia pōt dici medicina fortis. Scdo rōne q̄litatis vt diagridiū. Tertio rōne vtriusq. Ad ppositū in applia ɔuenit medicina fortis in q̄litate debilis in q̄titate. ⁊ sic tollit ɔtrarietas. ¶ Scdo dubitatur vtr febris ɔtigēs in applia sit bonū signū. Q nō arguit per Auic. prima terty. c. de appoplexia vbi dicit q est signū mortale. In oppositū arguit febris supueniēs spasmo est bonū signū. ergo ⁊c. Cōsequentia tenet a simili. Antecedēs est ypo. scdo affor. Febrē in spasmo ⁊c. Dicēdū q febris in applia pōt duob' modis ɔtingere. Primo rōne apostematis: q fit apostema cerebri. Et sic est mortale signū. Scdo pōt esse febris in applia sine apostemate vt ex puocātibus febrē vt ponit Rasis hic. ⁊ sic est bonū q curat meli' applia q fe. ɔsumit illā mā ⁊c. ¶ Tertio dubitatur vtr in applia pōt ɔiūgi fe. Uidetur q nō quia applia est morbus pperacutus sine fe. vt in ɔtento scde particule affor. Acutor morbor ⁊c. Scdo i appoplexia cor ifrigidat aliq̄n in tantum q seqtur insensatus pulsus ⁊ anhelitus vt dictū fuit ergo ⁊c. Cōsequētia tenet q in fe. est cordis iflāmatio. In oppositū est Rasis iplicite. ⁊ Auicen. prima terty. ¶ Dicēdū q applia vt pl'm nō est fe. Ratio q vt plurimū fit ex materia flatica grossa viscosa nō putrida oppilāte vētriculos cerebri. Scdo dicendum q in appoplexia aliq̄n pōt esse fe. rō q pōt eē fe. ex mā apostemante vn̄ accidit putredo vel ex materia calida vel ex forti agitatiōe facta in humoribus potest superuenire fe. Ad primā ratiōnem dicendū q Hal. intelligit de appoplexia que vt plurimum fit a materia flatica non apostemante. Ad secundum dicendū q cum infrigidatione caloris cordis per viā resolutionis potest stare calor fe. ¶ Quarto dubitatur vtr appoplexie forti sit aliquid agendū. Uidetur q non quia morituri solis pronosticis sunt dimittendi. vt in comento illius afforismi. incboantibus morbis. In oppositū est rasis ⁊ omnes auctores medicine. Dicendū q in applia maiori nihil mouere audemus: quia mortale. Sed propter cōplacere amicis ⁊ cum protestatione siue pnostico potest aliquid medicus operari. In minori vero curationis gratia potest medicus aliquid operari. ratio quia talis est possibilis curatiōis ſm q ponit Rasis. ⁊ sic patet ad rationes. (Sartago preterea ⁊c.) Hic ponit curā per vnū locale exterius approximatu ⁊ dicit q sartago ferrea debet igniri ⁊ capiti vicinari sic q capilli vrantur. ratio quia ratione magne caliditatis acq̄site ab igne ɔsumitur materia appoplexie. ¶ Notandū q talis sartago si sit ad formā capitis est melior. quia melius attingit. Itē n̄ mltū oz approximari ad caput q resolueret cerebr. Itē si abraderetur caput esset melius. quia virtus magis penetraret. (Quod si hoc modo.) Hic ponit curā per aliud locale ⁊ dicit q si nō curatur appoplexia ex predictis modis adhuc est laborandū ⁊ linimentū debet approximari ex sinapi. castoreo ⁊ aceto fortissimo. ¶ Notandū q ratio est quia tale linimentū est fortissime caliditatis quasi in quarto ideo ɔsumit materiā. sed ponitur acetum vt virtus magis penetret. ¶ Notandū secundo q loco illius valet hoc. ℞. galbani serapini oppoponaci an̄. ʒ. ii. sulphuris viui. ʒ. i. s. terbentine. ʒ. i. puluerizentur puluerizanda ⁊ liquefiant liquefienda. misce omnia ⁊ fiat massa ⁊ extēdatur supra coriū vel fustaneū ad formā capitis. ¶ Ad idem valet hoc vnguentū ⁊ est artificialius. ℞. radicis accori costi amari an̄. ʒ. s. siseleos semen basilici an̄. ʒ. i. olei nardini. olei camomillini olei de lilio an̄. ʒ. ii. vini al. ʒ. iii. misceātur omnia puluerizentur puluerizanda ⁊ liquefiant liquefiēda buliāt. super carbones. vsq ad ɔsumptionem vini colet ⁊ colature addatur cere quātū sufficit ⁊ fiat vnguentū ⁊ vngatur totu caput ⁊ tota spina dorsi vsq ad anum. Al.

¶ In prima autem huius passionis specie: post flobotomiam stringendum fortiter adiutoria ligādo superius parti sub coniunctione ipsorum cum spatulis ⁊ stringas tibias similiter. Capiti quoq superfundendum est oleum rosa. ⁊ acetum vini ⁊ flobotomia facienda est prius in pedibus ⁊ postea in nasi extremitate. ¶ Sillanus.

¶ Hic reuertitur ad ponendum curam applie facte a sanguine: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam per localia. Secundo per flobotomiam. Secūda ibi. (Et flobotomia.) Prima in duas. Primo ponit curam per vnum locale. scilicet per ligaturam. Secundo per inunctionē. Secunda ibi. (Capiti quoq.) De prima dicit q in applia facta a sāguine primo flobotomiā conuenit ⁊ fortiter stringere adiutoria superius ligando sub coniunctione. conuenit etiam ligare coxas. ¶ Notādū q causa dictor est quia per tales ligaturas attrahitur fortiter sanguis a cerebro ad inferiora propter dolorem quia natura currit cum sanguine ⁊ spiritu ad locum doloris. Sciendum tamen q nō debent longo tempore stare immo vna vice fortiter stringere ⁊ statim remouere vt non fatigetur. ¶ Scdo notandum q ligaturas debemus intelligere fricationes compressiones digitorum genuum nisi aurium: suppositoria clisteria acuta attrahentia materiam ad inferiora: vel ventosas cum scarificatione po

fitas in coxis ⁊ plus valent qꝛ ĩducũt solutionẽ ꝯtinuitatis
⁊ aliqd euacuant de materia. (Capiti quoqꝫ.) Hic ponit cu/
ram per aliud locale: s. per vnctionẽ ⁊ dicit ꝙ sup caput de/
bet approximari oleũ roſ: ⁊ acetũ vini. Ratio qꝛ tale medi/
camen est repercussiuũ ꝓhibens ascensum sanguinis ad ce
rebrũ ⁊ valet in ṗncipio: qꝛ quãdo materia est fluxa nõ ꝯue
nit qꝛ retinet materiã in cerebro: sed tũc cõpetũt resolutiua
(Et flobotomia:) Hic ponit curã per flobotomiã ⁊ dicit ꝙ
flobotomia ṗmo debet fieri in pedibus. s. in saphena. deĩde
in venis existẽtibꝰ in extrẽitate nasi. ¶ Dubitatur qꝛ videt̃
ꝙ rasis ꝯtradicat sibi ipsi qꝛ supra in appoplexia de sangui/
ne dixit ꝙ debet fieri flobotomia guides vel in cephalicis.
hic dicit ꝙ in saphenis vel extremitate nasi: Dicendũ ꝙ in
appoplexia vltimata debet ṗmo fieri flobotomia ex saphe/
nis deĩde in extremitate nasi: Ratio primi est qꝛ fit maior
diuersio in illis: Vel nõ est plectoria. ⁊ tunc ṗmo debet fieri
flobotomia ex cephalica vel ex venis guides: ratio qꝛ plus
euacuãt a loco passionis. ⁊ vltimo ad euacuandũ materiã a
loco ꝑfecte est fienda flobotomia de venis nasi et sic tollit̃
ꝯtradictio: De dieta notandũ ꝙ rasis non ponit ꝙ talis de/
bet esse ꝯtentus aqua oꝛ. vel auene vel spelte: vel aqua cice/
rũ vľ brodio pulli ⁊ carniũ hedi ⁊ gallinaꝝ: ⁊ nullo modo bi
bat vinum. Sed sit ꝯtẽtus aqua mellis que sic fit. ℞: aque
lb. iii. mellis ℥ iii. bulliant aliquantulum simul ⁊ colentur.

¶ De subeth. Sillanus.

Notandũ circa rubricã ⁊ litterã qꝛ in rubrica ponit̃
subeth ⁊ de litargia seqtur in littera ⁊ causa fuit: qꝛ
proueniunt ex simili materia: s. frigida ⁊ humida ⁊
eadẽ est cura vtriusqꝫ: Est tamen differentia qꝛ subeth siue
somnꝰ ꝓfundus: qđ idẽ est: ẽ passio anterioris cerebri: s. sen/
sus cõmunis: sed letargia est apostema posterioris partis.
Secundo in letargia est febris rõne apostematis. in subeth
vero nõ qꝛ nõ est apa. ¶ Notãdũ qđ subeth differt a stupo/
re: quia in stupore leditur virtus tactiua neruoꝝ. in subeth
vero leditur sensus cõmunis: Secũdo in stupore est dimi/
nutio sensus ⁊ motus: ⁊ fit in vigilijs. in subeth aũt est abla
tio sed non fit in vigilijs. ¶ Secũdo notãdũ qd sit sõnus ⁊
diffinitur ab Auicen: sic: prima tertij. trac. q̃rto. c. ṗmo. som
nus est reditus animalis spiritus ab instrumentis sensuuꝫ
ad suũ ṗncipiũ. s. ad cor alias ad cerebrum ꝓpter qđ priuã/
tur organa sensuũ a suis operationibus: ¶ Tertio notãdũ
ꝙ somnus est q̃druplex ṗmus est totaliter nãlis vt ille q ve
nit in tẽpore sanitatis tẽpore digestionis cibi ⁊ talis est tri/
plex. scꝫ fortis mediocris ⁊ debilis et suauis: Primus fit ex
vaporibus ṗme digestionis: Secũdus fit ex vaporibus se/
cũde digestionis q sunt medij: Tertius fit ex vaporibus ter
tie digestionis. vt in aurora. ⁊ ideo dicũt cõmuniter vulga/
res ꝙ suaue est dormire in aurora: Aliter est somnus totali/
ter ṗter naturã ⁊ est ille q fit a morbo ⁊ a mala cõplexione
frigida vel humida cũ mã vľ sine mã: ⁊ iste fit a mala cõple
xione frigida ⁊ humida cũ mã vocat̃ subeth ⁊ fortiter op/
pilat partẽ anteriorẽ cerebri vnde non põt dissolui nisi cuꝫ
difficultate: Alius est somnus q magis appropinquat som/
no naturali sicut somnus q venit post euacuationẽ vel labo
rem vel exercitiũ nimiũ: Alius est somnus q magis somno
ṗter naturã appropinquat qualis est ille q ꝓuenit ex ebrie
tate. ¶ Quarto notãduꝫ ꝙ causa subeth est triplex: s. ṗmi/
tiua antecedens ⁊ coniuncta: Primitiua sunt res non na/
turales multiplicantes humorem fľaticum frigidum vel
humidum in corpore vel vaporem vt cibi ⁊ potus aduen/
tus paroxismi frigiditas nimia exterior ĩducta ex aere seu
vento ex narcoticis interius vel exteriꝰ applicatis vt opiuꝫ
mandragora iusquiamus ⁊ papauer. Causa antecedens
sunt humores frigidi in cerebro abundantes vel vapores
existentes in cerebro per se vel per communitatem ante/
qꝫ inducant dispositionem: Causa coniuncta sunt illimet
humores vel vapores qui actu causant dispositionem.
¶ Quinto notandum ꝙ signa subeth sunt somnus grauis
cum oculis clausis: Ratio est propter oppilationem conti
gentem in primo ventriculo. quare prohibetur ne spũs aĩa
lis transeat ad instrumenta sensuum. ⁊ ideo est cum oculis
clausis: ⁊ si est ex humiditate flegmatica color faciei tunc
declinat ad albedinem ⁊ si ex sanguinea tunc declinat ad
rubedinem. ⁊ si est ab alijs membris tunc cognoscitur ex
dolore loci. qꝛ vbi est dolor ibi est egritudo ¶ Dubitatur ĩ
qua etate maxime accidit subeth: Videtur primo ꝙ in pu
ericia. quia in puericia maior est humiditas. ergo ⁊c. Secũ
do spasmus de repletione magis fit in pueris. ergo ⁊c. Cõse/
quentia tenet qꝛ fiũt a simili causa: Antecedẽs pꝫ. ¶ In op
positũ est ratio hec letargia magis fit in senibus. ergo ⁊c. Cõ
sequentia tenet qꝛ non differunt nisi ex parte loci. Antece/
dens patet per experiẽtiã. ¶ Dicẽdũ ꝙ subeth magis fit in
senibus: Ratio qꝛ in eis aggregatur flegma grossum ⁊ inna
turale. Ad rationes. Ad primum dicendum ꝙ humiditas
ĩ pueris est magis naturalis vaporosa ⁊ resolubilis. ergo ⁊c.
Ad secundum respondetur negando consequentiã. ⁊ ad ꝓ/
bationẽ dicitur ꝙ licet fit a simili materia tamen nerui sũt
debilioris virtutis in pueris ideo põt fieri spasmus talis et
nõ subeth. ¶ Hic possent plurime q̃stiones applicari: Sed
qꝛ presens liber est plus practicus ideo relinquã ⁊ tẽdã ad
questiones practicales ⁊ ad practicalia. ¶ Almansor.

Cum aliquis quasi dormiens iacet ⁊ ta/
men sentit ⁊ mouetur sed oculos secun
dũ plurimũ habet clausos quos tñ duꝫ
vocatur cũ clamore aperit: lꝫ iteꝝ statim claudat
iam patitur subeth. ¶ Sillanus.

¶ Hic determinatur de letargia ponendo curam ⁊ diui
ditur in duas: Primo ponit signa. Secundo curam: Se/
cũda ibi. (Qui cũ clisteribus). De prima dicit ꝙ quãdo
apparuerint ista signa: Primum cum dormiens iacet Se/
cundũ ꝙ cũ homo sẽtit: Tertiũ ꝙ secũdum plurimũ tenet
oculos clausos: Quarto ꝙ cum vocatur fortiter aperit ocu
los. verum post statim claudit eos. ex istis signis arguẽdũ
est ꝙ talis patitur subeth. ¶ Notandum ꝙ letargia ẽ du/
plex: s. vera ⁊ non vera: Vera est apostema flegmaticũ. in
parte posteriori cerebri: Non vera est apostema cõpositũꝫ
ex flegmate ⁊ colera. ⁊ secũdũ ꝙ predñatur vnꝰ humor vel
alter vel equaliter apparent diuersa signa in facie. de hac
non loquitur hic. sed dat intelligere ꝙ morbus simplex in
diget medicaminibus simplicibus. ⁊ compositus composi
tis. ¶ Secundo notandum ꝙ species letargie possunt di/
stingui ex parte materie. ⁊ sic sunt due species: s. flegmati/
ca ⁊ hoc est proprie letargia: ⁊ melica: ¶ Secundo possunt
distingui ex parte partis in qua fiunt ⁊ tũc sunt tres species
quia aut fit in meatibus substantie cerebri: ⁊ hoc est vt plu/
rimum: Vel in panniculis. Vel in substantia: sed hoc est ra
ro: qꝛ fľa vel meľia non possunt bene penetrare in pannicu
lis ꝓpter duriciem nec in substantia cerebri ꝓpter viscosi/
tatem: In ventriculis autem non fit quia tunc esset appľia
vel epilepsia: Tertio vero possunt distingui ex parte loci et
tunc vel fiunt in parte posteriori cerebri ⁊ hoc est vt pluri/
mum: Vel fiunt in medio vel anteriori ⁊ hoc est raro: Ter/
tio notandum ꝙ apud medicum cause letargie sunt tres: s.
primitiua antecedens ⁊ coniuncta. primitiua sunt quecun/
qꝫ res non naturales multiplicantes humorem flegmaticũ
vt cibi potus: coadiuuant etiam complexio frigida ⁊ humĩ
da ⁊ etas senectutis ⁊ regio frigida ⁊ humida: Causa antece
dens sunt humores frigidi abundantes in cerebro anteqꝫ
faciant letargiam: Causa coniuncta sunt illimet humores

quando actu causant letargiā. ¶ Quarto notandū q̄ ratio signoꝝ est q2 verificatur p̄mum q̄ in letargia spiritus animales non possunt discurrere ad organa sensuū exterioꝝ. Ideo quasi dormiēdo iacet: Secundū signū verificatur q2 non est tanta oppilatio quin possint causari sensus et motus ideo sentit et mouetur: Uerificatur tertium q2 non possunt spūs libere discurrere ad oculos clausos: Uerificatur quartum quia non est tanta oppilatio vt phibeatur impressio in organo auditiuo si sensibile sit excellens. Ideo cū fortiter vocatur aperit oculos et statim post claudit. q2 statim post fit oppilatio phibens transitū spirituū ad oculos. ¶ Ulterius notandum q̄ p̄ter illa signa sunt alia signa: Primū signū est obliuio. Secundū signū est somnus pfundus. Ratio p̄mi est. q2 memoria est mediāte sicco. Sed in letargia materia flegmatica frigida et humida continetur in parte posteriori cerebri in qua fit retentio et memoria. ideo 2c. Ratio secundi est quia in letargia tale nocumentum est magnum in ventriculo posteriori et tale communicatur anteriori. ideo 2c. ¶ Item notādum q̄ signoꝝ letargie quedā sunt pronostica: Ut sūt grauitas capitis. vertigio. scotbomia et somn⁹ profundus et similia abundantiā flegmatis significantia. Quedam sunt signa demonstratiua vt sunt illa que hic sunt posita: Quedam salubria vt sunt diminutio accidentium euacuatio materie per nasū et per fluxum ventris: Quedam vero sunt signa mortalia vt sunt augmētatio et continuatio accidentium vt sudor frigidus retētio egestionis et vrine propter obliuionem et si applicetur sanguisuga super frontem et non adheret quia significat q̄ est paucus sanguis et si applicetur naribus forte sternutatorium et sternutet. ¶ Almansor

¶ Qui cū clisteribus acutis q̄ pauloante nominauim⁹ curādus est: In os quoq2 ipsius mittemus idromel et laborabim⁹ vt dscēdat: ip̄z. n. nutrimētū existit ei⁹. ¶ Sillanus.

¶ Hic ponit curā et diuiditur in tres partes. Primo ponit curā p euacuationē factā p clisteria. Secundo p potū. Tertio p localia. Secūda ibi. (In os quoq2.) Tertia ibi. (Caput p̄terea.) De p̄ma dicit q̄ patiens curandus est cum clisteribus acutis de quibus ante dictum est supra. c. de appoplexia. ¶ Notādū q̄ ratio dicti est quia dicta clisteria incitāt naturam ad expellendum materiam: et attrahūt et euacuāt materiā a cerebro. ¶ Secundo notandum q̄ loco clisteris ꝯuenit tale suppositoriū forte: ℞. salis gēme castorei puluerizati añ. ℥. i. conficiantur cum melle et fiat suppositorium. ¶ Tertio notandum q̄ si venter esset valde stipticus ꝯuenit clistere lenitiuū: de q̄ clistere rafi: Ratō patz. ¶ Quarto notandum q̄ si potest fieri purgatio debet fieri cū isto solutiuo: ℞. ierepigre. ℨ. ß. aque mell. ℥. iii. Ad idē. ℞. pulueris pilulaꝝ cochiaꝝ. ℨ. i. ß. sirupi roß. ℥. ii. aque mellis. ℥. iiii. misce. (In os quoq2.) Hic ponit curam p potū et dicit q̄ debet exhiberi idromel faciendo q̄ deglutiat ipsū: quia est nutrimentum. ¶ Notandū q̄ idromel est duplex quodā est pauce cōmistionis in quo ponūtur octo partes aque et vna mellis. Sed tale non ꝯuenit hic. sed in pleuresi cōuenit secūdū Gal. et ypo. in p̄mo regiminis acutoꝝ: Quoddā est multe cōmistionis in quo ponuntur quattuoꝛ partes aque et vna mellis et de tali est hic sermo: Ratio quia habet digerere materiā rōne clitatis mellis et abstergere. sil'r valet via nutrimēti q2 cū letargia sit morbus acutus et breuis valde cōuenit cibus modici nutrimenti. ¶ Secūdo notandum q̄ p idromel debet intelligere alios potus digerentes et euacuantes materiam capitis de quibus dictum est supra de cephalea. Ideo recurras illic. ¶ Almansor.

¶ Caput preterea vsq2 ad diatritum primum oxirodino infundendus: Post tertium autē diē sternutationē vocabimus ex hijs que nominabimus: Et rademus caput et liniemus ex sinapi et castoreo et aceto: ¶ Sillanus.

¶ Hic ponit curā p localia et diuidit̄ in tres: Primo ponit curā p locale repcussiuum: Scdo p sternutatoriū. Tertio p locale resolutiuum: Scda ibi. (Post tres vero.) Tertia ibi. (Et rademus:) De p̄ma dicit q̄ vsq2 ad tres dies debet fundi medicamē repcussiuū in quo ponit̄ acetū. ¶ Notādū q̄ si intētio sit ad repcuciendū acetū sit pap. et si ad euigilādū acetū sit multū et sic tollit̄ ꝯtrarietas in ter Auicen. et serap. ¶ Notādū q̄ tale repcussiuū est illud in quo ponit̄ succus plātaginis aqua roß. et acetū. et ratio partis est: q2 tale phibet augmētū apostematis et ascēsū vapoꝝ ad caput: et hoc vsq2 ad tres dies q2 vsq2 ad tres dies materia est in fluxu. sed post tres dies materia est fluxa: ideo non cōpetit repcussiuū sed resolutiuū. ¶ Notādū q̄ ad idē valet fricatōes pedū et crurium fortes cum sale et aceto vel sine hys et ligature. Ratio q2 diuertūt. (Post tres vero.) Hic ponit curā p sternutationem et dicit q̄ post tertiū diē debet puocari sternutatio cū his que dicta sunt in. c. de appoplexia qualia sunt elleborus albus castoreū piper. ¶ Notādū q̄ rō dicti est ista q2 hec incitāt nāz ad expellēdū māz flegmaticā ꝯtentā in cerebro et dissoluūt et euacuāt dictā māz: sed nota q̄ nō competūt nisi post tres dies q2 ante timēdū est q̄ causarēt maiorē dissolationē: q2 nihil de mā est digestū nec euacuatum. sed postea nō sic timet̄. ¶ Scdo notandū q̄ si loco illius pulueris dicti sumat̄ succus auricule muꝛ: vel succus sicle et naribus imittat̄ solus vel mixtus cū illis pulueribus mirabile est in extrahēdo materiā flegmaticā. ¶ Tertio notādū q̄ p illa sternutatoria ītelligūtur omnia que possūt excitare naturā ad expellēdū materiā flegmaticā ꝯtentā scd̄z caput. vt ligature fortes in brachys et cruribus et fricationes fortes et extirpatōes pilloꝝ et barbe et pectinis et auriū ventose dolorose q2 sunt in somno graui ideo opoꝛtet vt excitentur. et habeātur tubicine et soni fortes ne moꝛiātur doꝛmiēdo. ¶ Ad idē valet gargarisma factū cū oximelle cōposito cum aqua decoctiōis feniculi vel isopi vel oximelle squillitico et aqua calida. (Et rademus.) Hic ponit curā p locale resolutiuū. Et dicit q̄ raso capite debet fieri linimētū ex castoreo sinapi et aceto: Ratio q2 ista sunt calida in quarto gradu. ideo resoluūt māz flegmaticā in posteriori parte capitis ꝯtentam. ¶ Notādū q̄ loco huius valet emplastrū vel vnguētū dictū in. c. de appoplexia. Ad idē valet rubificantia locū si fuerint ex sinapi vel aceto vel ex alleis pistatis mixtis cū aceto Ad idē valet si vngat̄ locus ex oleo de costo vel de lilio vel de castoreo: Uel si epithimetur cum aqua ardenti vel vite 2c. ¶ De congellatione. ¶ Sillanus

Notandum circa rubricam. ¶ Primo quid sit congellatio: Nam congellatio est passio posterioris p̄tis capitis vel cerebri propter quā homo perdit sēsum et motum in corpore. ¶ Secundo notandum q̄ apd medicos tres sunt cause congellationis: s. primitiua antecedens et coniuncta: Primitiua sunt res non naturales inducentes fortem frigiditatem et siccitatem in parte posteriori cerebri sicut pot⁹ aque frigide. multa comestio fructuum frigidorum vel infrigidatorum in aqua frigida. vinum multum frigidum. vel cibus multum frigidus transiens per loca multum frigida: Causa antecedens sunt humores frigidi et sicci anteq2 inducant dispositionem: Causa cōiuncta est mala complexio frigida et sicca cum materia vel sine materia immobilitans vel ingrossans spiritus ita q̄ non descendunt ad organa sensuum exteriorum vnde causarent senum et motum. ¶ Almansor

Cum aliquis quasi dormiens iacet ⁊ nõ mouetur: ⁊ licet sint oculi aperti: palpebras tamen nõ mouet: stupidus est siue rigidus. ¶ Sillanus.

¶ Hic determinat de ꝯgelatione ⁊ diuidit̃ in duas partes. Primo ponit signa: Scđo ponit curaꝫ: Scđa ibi: (Curãdus vero est:) De ṗma dicit ꝙ quãdo apparẽt illa signa. Primũ ꝙ aliquis iacet quasi dormiẽs: Scđm ꝙ nõ mouet̃: Tertiũ ꝙ tenet oculos aptos: Quartũ ꝙ non mouet palpebras. arguẽdũ est ꝙ talis est ꝯgelatus. ¶ Notãdũ ꝙ de rõne dictorũ signoꝝ: Verificat̃ ṗmũ. patiens stat quasi dormiẽs: qꝛ in ꝯgelatõe frigiditas est maxime in parte posteriori vnde spiritus redduntur immobiles ⁊ sic non possunt ire ad organa ideo ⁊c̃. Verificat̃ scđm ꝑ verificationẽ ṗmi: Verificat̃ tertium si oculi stãt apti rõne siccitatis: qꝛ sicut humiditas est causa clausionis: ita siccitas est causa aptionis. Verificatur quartũ qꝛ nõ mouẽtur palpebre rõne siccitatis qꝛ est causa fixionis. ⁊ ideo tales stãt in eadẽ dispositõe in qua erãt quãdo aduenit eis ꝯgelatio ⁊ si recti erãt stant recti: ⁊ si scribebãt stant sicut scribẽtes: si respiciebãt celũ stãt in illa dispositione: ⁊ sic de alijs figurationibus. ⁊ ideo vulgares credũt ꝙ sint rapti ⁊ loquũtur cũ deo ⁊ angelis. ¶ Scđo notandũ ꝙ reperitur ꝯgelatio letargia subeth ⁊ stupor que videntur multũ ꝯuenire lꝫ differãt: Cõgelatio ⁊ letargia conueniunt. Primo qꝛ vtraqꝫ est passio posterioris partis cerebri vel capitis: Scđo in vtraqꝫ est ablatio sensus et motus: Tertio in vtraqꝫ est obliuio: Sed differunt qꝛ in letargia oculi sunt clausi. In congelatione vero aperti. ¶ Secundo letargia fit a materia flegmatica faciente apostema in parte posteriori capitis vel cerebri. Sed congelatio fit a mala complexione frigida et sicca cũ materia vel sine materia: ¶ Stupor ⁊ subeth differũt quia in subeth magis patitur sensus cõmunis cum somnus sit passio primi sensitiui: In stupore magis languet virtus tactiua que est in neruis: Secundo quia stupor est diminutio sensus et motus. ideo potest esse ĩ vigilijs: Sꝫ subeth est ablatio sensus ⁊ motus. ⁊ nullo modo potest esse in vigilijs. ¶ Stupor ⁊ ꝯgelatio differunt qꝛ stupor est in virtute tactiua magis: Congelatio vero in motiua: Secundo in congelatione oculi sunt aperti: In stupore vero non sic. ¶ Subeth ⁊ letargia differunt. quia in letargia est fe. ⁊ apostema. in subeth non. secundo letargia est passio posterioris partis capitis. Subeth vero anterioris. ¶ Cõgelatio ⁊ subeth differũt qꝛ congellatio est passio posterioris partis. Subeth vero anterioris: Secundo in congelatione patiens est cum oculis apertis. i subeth vero oculis clausis. Tertio congelatio fit a mala complexione frigida vel sicca cum materia vel sine materia. sed subeth fit a mala cõplexione frigida ⁊ humida. ¶ Almansor

¶ Curãdꝰ vo ẽ ex medicis subeth. ¶ Sil.

¶ Hic ponit curã ⁊ diuiditur in duas partes. ¶ Prio ponit conuenientiam inter letargiã ⁊ congelationem quo ad curam ex parte medicinarũ. ¶ Secũdo ponit curã quo ad duo localia. Secunda ibi. (Hoc tamẽ addito) De prima dicit ꝙ habẽs congelationẽ debet curari cũ medicinis. cum quibus curatur habẽs subeth: ¶ Notandũ ꝙ cura congelationis ⁊ letargie cõueniũt ⁊ differunt. Conueniẽtia pria ẽ in qualitate qꝛ vtraqꝫ est frigida. ⁊ cũ cura debet fieri ꝑ cõtrariũ: Secũdo in fortitudine quia vtraqꝫ materia est grossa difficilis eradicationis: Tertio in applicatione medicinarum qꝛ supra partẽ posteriorẽ applicari debẽt in vtraqꝫ medicine qꝛ quelibꝫ est passio posterioris partis capitis: Sed differunt qꝛ medicine que conueniũt in letargia debẽt eẽ appropriate humori flegmatico. sed in cõgelatione humori melãcolico. ¶ Secundo nota ꝙ medicine cõuenientes huic sunt medicine ille de quibus dictũ est in ṗmo capitulo in cura cephalee ⁊ emigranee a mã melãcolica: Ideo recurras illuc qꝛ ibi explicãtur sirupi ꝯueniẽtes ⁊ medicine euacuãtes: ¶ Tertio notãdũ ꝙ differẽtia est iter sternutatões que fiunt in letargia ⁊ ꝯgelatõe: Nã sternutatio in letargia fit cũ ell'o al. ⁊ in ꝯgelatõe fit cũ nigro qꝛ euacuat meľiam. ¶ Quarto notandũ ꝙ in hac cura valet hoc clistere. ℞. boraginis cũ tota substãtia buglose cũ tota substãtia mercurialis fumiterre añ: M. i. maratri cuscute añ. ʒ. i. thimi epithi vtriusqꝫ sticados añ: ʒ. i. furfuris pugillũ. i. olei de lilio mellis q̃rt: 5: salisgẽme. ʒ. i. yereruffini vel ieregolodion. ʒ. vi. clistere fiat vsqꝫ ad. ʒ. v. plus vel minus ꝭꝫ diuersitates corporũ ⁊ virtutis ⁊ in hoc medici errãt q tantũ dãt paruo corpori q̃tuꝫ magno ⁊ ita de sirupo qꝛ plus dat̃ de sirupo vni homini magno q̃ paruo. ¶ Almansor.

¶ Hoc tamen addito vt oleum sambucinũ sup caput fundat̃ ⁊ in omni libra eius sit: ʒ: i. euforbij. Ipsi quoqꝫ caput ex castoreo ⁊ euforbio ⁊ oleo sambucino liniat̃: ¶ Sillanus.

¶ Hic ponit curam ꝑ duo localia: ⁊ diuidit̃ in duas partes scđꝫ ꝙ duo sunt localia: Scđa ibi: (Ipsi quoqꝫ): De ṗma dicit ꝙ in cura ꝯgelatõis ꝯuenit fundi sup caput oleũ sambucinũ sic ꝙ in eo sit euforbium ponẽdo lb. i. olei. ʒ. i. euforbij. Ratio qꝛ resoluit mãꝫ. ¶ Notãdum ꝙ medicina ab extra que resoluit mãꝫ flegmaticã resoluit ⁊ melãcolicã. ideo põt esse eadẽ: Sed ab intra approximata alia est medicina que euacuat flegma ⁊ alia que euacuat meľiam vt patet (Ipsi quoqꝫ): Hic ponit curã ꝑ aliud locale ⁊ dicit ꝙ caput debet liniri ex euforbio castoreo ⁊ oleo sambucino: Ratio qꝛ dissoluit mãꝫ. ¶ Notãdũ ꝙ ad idẽ valet embrocatio facta cũ decoctõe boraginis buglosse fumiterre sticados thimi epithimi qꝛ talia habẽt ꝓprietatẽ resoluẽdi mãꝫ melãcolicaꝫ:

¶ De paralisi graui. ¶ Sillanus.

Notãdũ circa rubricã quid sit paralisis. ¶ Dicẽduꝫ ꝙ paralisis est mollificatio neruoꝝ cum ablatione sensus ⁊ motus. ¶ Per hoc ꝙ dicitur mollificatio differt a spasmo: quia in paralisi est prolongatio neruorum: in spasmo vero est abbreuiatio secundum longum q̃uis nõ ꝭm latum: Per hoc ꝙ dicitur cuꝫ ablatione sensus ⁊ motus differt a stupore ⁊ tremore qui dicuntur minor paralisis vt videbitur in ꝓcessu. ⁊ ideo dicitur in rubrica de paralisi graui. ¶ Notanduꝫ ꝙ paralisis est duplex. s. vniuersalis ⁊ particularis: Uniuersalis est que medietateꝫ corporis tenet secundum longuꝫ ⁊ aliquando ambo latera excepto capite qꝛ si esset in capite tunc esset appoplexia: Particularis est illa que in vno membro tantum est vt in manu vel pede ⁊ sic de alijs. ¶ Tertio notandum ꝙ cause paralisis secundum medicos sunt tres. scilicet: Primitiua: Antecedens: ⁊ Coniũcta. Primitiua est omne illud qđ auget humorem flegmaticuꝫ in cerebro: vt sunt res non natutales vt sunt cibi flegmatici pisces carnes porcine ⁊ similes eis: magna comestio fructuuꝫ: crapula: somnus superfluus: ⁊ etiam coadiuuant cõplexio frigida ⁊ humida: etas frigida. scilicet senectutis: regio frigida ⁊ humida: Similiter sunt alie tres extrinsece vt casus percussio neruoꝝ attractio ruptura ⁊ scissio per transuersum: dislocatio ira timor. nimia frigiditas exterior claudens ⁊ comprimens vias: caliditas exalans. constrictio. ligatura ⁊ sic de alijs: Causa antecedens vtplurimum est materia flegmatica imbibita in neruis anteq̃ auferatur sensus et motus: Cum hoc etiam potest esse sanguis vel melancolia: Causa coniuncta est materialis: flegmatica actu imbibita existens in porositatibus neruorum: ratione cuius aufertur sensus ⁊ motus. ⁊ hoc vtplurimum: ¶ Quarto notãdum ꝙ inter paralasim ⁊ spasmũ est ꝯueniẽtia ⁊ differẽtia

Conueniunt primo quia in vtraq; passione est ablatio sensus ⁊ motus: et loquor de spasmo in facto esse. q̄r in fieri est motus vt patet. Differūt pmo. q̄r in paralisi ꝓlongatur ꝑm longum ⁊ minuitur scđm latū. q̄r materia paralisis est fluida aquosa q̄r fluit per porositates vt patet de corrigia made facta. sed in spasmo diminuitur mēbrum scđm longū vt patet ⁊ augetur ꝑm latū q̄r materia est grossa viscosa. ideo nō fuit per porositates membri: Scđo differūt q̄r pars mollificata in paralisi sequitur partem sanam ratione ꝓlongatōis. in spasmo vero pars spasmata trahit ad se partē sanaz rōne cōtractionis. ¶ Dubitatur vtrum paralisis sit morbus vel accidens. Dicendū qđ paralisis potest dupl'r cōsiderari vel q̄ntū ad causam que potest esse mala cōplexio vel cōpositio vel solutio ꝯtinētis. vel apostema ⁊ sic est morbus: Uel pōt ꝯsiderari rōne eius qđ seqtur. ⁊ sic est lesio virtutis motiue vel extēsio mēbri que ꝯseqtur ⁊ est accidens. ¶ Sed dubitatur statim qualis morbus est pmo modo vel ꝯsimilis vel officialis. Dicendū ꝙ est morbus officialis semꝑ. licet etiā posset esse consimilis.

¶ Almansor.

Cum aliqs se mouere non valet aut vnū vel plura ex mēbris mouere non potest atq; eorum sensum amisit ipsum paralisim ipsius membri aut ipsoruz membroꝝ incurrisse pronunciamus.

¶ Sillanus.

¶ Hic determinat paralisim ⁊ diuidit in duas. primo ponit signa: Scđo curā: Scđa ibi: (Cuius curā). De pma dicit ꝙ cū aliquis non potest se mouere ⁊ hoc q̄tum ad vl'e corpus. vl' vnuz vl' plura mēbra mouere non potest ⁊ hoc q̄ntū ad particulare. simil'r perdit sensum eoꝝ: arguendū est illū habere paralisim illius membri vl' illoꝝ mēbroꝝ: ¶ Notandū ꝙ vltra signa predicta sunt alia signa paralisis. pulsus est occultus debilis frequens inordinatus. vrina est alba ⁊ tenuis. aliquādo tamē est multū colorata ꝓpter renes non potētes segregare. vl' rōne doloris vl' febris cōmunicātis. latus infirmū est frigidū sicut si esset in glatie: ⁊ sanum sentitur calidum valde. oculus aliquando minoratur: Hec sunt signa paralisis absolute: ¶ Signa humoꝝ peccātiū. si est ex flegmate color est albus in mēbro. et signa flegmatis in toto corpore: Si ex sanguine pulsus est plenus color corporis est rubeus: vene replete. totū corp⁹ plenū. ⁊ signa sanguinis p̄cesserunt: Si ex melācolia erit membrum liuidū. ⁊ signa melācolie precesserunt: Ratio signorum paralisis est. q̄r in paralisi fit oppilatio neruoꝝ in originibus ⁊ porositatibus eoꝝ: vnde ꝓhibetur trāsitus spiritus animalis sensibilis ⁊ motiui vnde ꝑditur sensus ⁊ motus in mēbro vno vel plibus ꝑm ꝙ paralisis est vl'is vel particularis. ¶ Tertio notādū ꝙ rōne alioꝝ signoꝝ. pulsus est occultus ꝓpter frigiditatē: debilis ꝓpter idē: frequens ꝓpter prauitatē. inordinatus ꝓpter debilitatem virtutis: Urina tenuis alba q̄r mā trāsit ad cerebꝝ ⁊ ad neruos. qđ subdit patet: Latus infirmum est frigidū. ratio q̄r nō transit spūs cuius p̄sentia membrū reddat calidū. iteꝫ q̄r est p̄sentia materie frigide. Latus sanū est calidū valde q̄r spūs q̄ solebāt ire ad membrū paraliticatū transeunt ad membrū sanū: Oculus aliquādo minorat. Ratio q̄r in parte paraliticata deficit nutrimentū ideo ⁊c. licet tamen ꝓpter paralisim siue relaxationē apparet magis preeminens sicut manus paraliticata apparet longior sed tamē est plus macra. Sed ratio signoꝝ scđm diuersitatē apparet intuentibus. ¶ Quarto notandū ꝙ signoꝝ paralisis: quedā sunt ꝓnostica ⁊ quedā demōstratiua. Pronostica sunt stupor mēbri ⁊ tremor: Demonstratiua sunt signa posita a Rasi ⁊ alia posita supra. ¶ Quito notandū ꝙ signoꝝ paralasis. quedā sunt salutifera sicut recuperatio sensus ⁊ motus. Scđo quādo mouetur neq; mutat membrū a colore: quem habebat in sanitate. Signa mortalia sunt ꝯtinua ablatio sensus ⁊ motus. ꝯtinua macrefactio membroꝝ mutatio coloꝝ ad viriditatē vel macredinē vel nigredinē. ¶ Sexto notandū ꝙ in mēbro corporis humani aliquādo aufertur motus ⁊ remanet sensus aliquando aufertur sensus ⁊ non motus: aliquando vtrunq; aufertur. Causa primi q̄r spūs motiuus est grossior sensitiuo ⁊ maior q̄ntitas reqritur ad motū q̄z ad sensum. vnde ꝓpter oppilationē aliquādo pōt transire spūs sensitiuus ⁊ non motiuus. Causa secundi est q̄r spiritus sensitiuus aliquando impellitur ꝑ vnū neruū ⁊ motiuus per aliū. vnde pōt fieri oppilatio in sensitiuo ⁊ nō motiuo: Causa tertij: q̄r pōt fieri oppilatio in neruis sensus ⁊ motus si differātur ꝑ diuersos neruos vel in vno si differātur ꝑ vnum neruū. vnde ꝓhibetur transitus spūs sensitiui ⁊ non motiui. ¶ Notandū septimo de q̄busdaz signis ꝓnosticis paralisis. vel ad bonum vel ad malū. In sensibus paralisis nunq̄ vel de difficili curat. ratio ꝓpter debilitatē virtutis ⁊c. Scđm paralisis ꝓueniens ex dislocatione aut nimia neruoꝝ cōtractione: aut ruptura aut incisione ꝑ transuersum non recipit curaz. Ratio patet Tertium si membrum paraliticatum minuetur. aut mutetur color valde malum est. ratio patet ⁊ sic non est spes curationis. Quartum tremor superueniens paralisi bonum. ratio quia per illum motum calefit ⁊ resoluitur materia paralisis.

¶ Almansor.

¶ Cuius curā icipiemus: pillulas fetidas quas composui dando: que ℞: pulueris pigre: ℥. x. colloquintide interioris: ℥. v. euforbij: ℥. ij. ⁊. ʒ. castorei: piperis ase fetide serapini oppoponaci. sandaragi indi. sinap. omniū: vij. añ. ℥. i cētauree minoris elacterij amboꝝ añ: ℥. v. gūme in succo rute: dissoluātur: ⁊ alia ex eis ꝯficiātur: ⁊ fiāt pillule ⁊ fiant ex eis. x. potiones quarum vnā postq̄ eger sumpserit per tres dies quiescat ⁊ nutriatur tunc cum aqua ciceris ⁊ oleo ⁊ sinapi: deinde bibat aliaz potionē: qđ postq̄ ter fecerit ꝑ aliquos dies quiescat.

¶ Sillanus.

¶ Hic ponit curā ⁊ diuiditur in duas partes. Primo ponit curā quādo ꝓuenit a causa itrīseca. Scđa quādo fit a causa extrinseca Scđa ibi: (Qđ si paralisis): Prima in tres. Primo ponit curā ꝑ medicinā laxatiuā. Scđo ꝑ dietaz: Tertio ꝑ localia. Scđa ibi. (Et nutriat:) Tertia ibi. (Mēbra quoq;): Primo dicit ꝙ curā debemus icipere exhibendo pillulas fetidas ꝑm descriptionē que est: ℞: pulueris iere. ℥. x. colloqntide iterioꝝ. ℥. v. euforbij. ℥. ij. ʒ. castorei piperis assefetide serapini oppoponaci sectaragi indi sinapis añ. ℥. i: centauree minoris elacterij. i. succi cucumeris asinini amboruz añ. ℥. v. gūmi dissoluant in succo rute ⁊ alia ex eis ꝯficiātur ⁊ fiāt pillule: Scđo dicit ꝙ fiāt de istis. x: potiones ⁊ postq̄ vnā sumpserit qescat ꝑ tres dies ⁊ nutriat aqua ciceꝝ oleo ⁊ sinapi deīde debet sumere aliaz: Tertio dicit ꝙ cū fecerit tribus vicibus. debet qescere ꝑ aliquos dies. ¶ Notandū ꝙ ratio pmi dicti est. q̄r tales pillule euacuāt materiā faciētem paralisim. Ratio secūdi q̄r virtus est debilis ideo debet sumere paꝝ ꝑ vice ⁊ simil'r debet quiescere post vt virtus subleuet. Ratio tertij patet. ¶ Scđo notādū ꝙ anteq̄ dētur iste pillule debet p̄cedere sirupus digestiuus materie flegmatice in paralisi ⁊ est talis. ℞. radicū acori q̄rt. i. ʒ. paralisis: M. ij: herbe ipiconis vtriusq; saluie bethonice mellisse vtriusq; rute folioꝝ lauri añ: M. i. seminis xiseloes xilobalsami carpobalsami seminis basilici añ. ℥. ij. ligricie rase vuaꝝ passaꝝ mundataꝝ ab arill'. añ: ℥. ii. floꝝ anthos vel

ameos vtriusq; sticados añ. ʒ. i. mell'. electi lb. ß. fiat sirup° cũ aqua pluuiali diligẽter clarificatus vsq; ad lb. i. Ad idez ℞. radicuz acori lb. ß. saluie. M. iij. florum sticados arabici q̃rtl. i. mell'. electi lb. ß. zuccari albi q̃rtl. iij. fiat sirupus clarificatus vsq; ad lb. i. ß. ꝛ est valde appropriatus et est melior q̃ pōt fieri in hoc casu. Ad idẽ. ℞. sirupi de sticados arabici. ʒ. iij. ¶ Tertio est notãdũ q̃d solutiuũ quo est vtẽdum in forma pillularum a p̃ncipio q̃d nõ est sic forte est. ℞. ierepigre gal'. ʒ. ij. turbith. bene gũmosi agarici añ. ℈. i. pulpe collogntide bdelij añ. ℈. ß. zinziberis al. castorei añ. gra. v. pulueri- zanda puluerizentur misce omnia cũ idromelle facto cũ aq̃ saluie. fiãt pillule ꝛ administrẽtur in itroitu lecti. Ad idẽ valent pillule fetide Rañs. scd̃z descriptionẽ positã ꝛ debent dari in corpore fortis virtutis. Ad idẽ valẽt pillule de euforbio descriptõe mesue. Ad idẽ valẽt pillule de sarapino descriptione mesue. Ad idez valẽt pillule de oppoponaco descriptõe mesue. Ad idẽ valet clisterc hoc. ℞. decoctiõis saluie rute sticados cẽtauree mercurialis malue furfuris. lb. ß. addat' ierepigre ierelogodion. añ. ʒ. ß. salis. ʒ. ij. olei communis. ʒ. iij. ¶ Quarto notandum q̃ turbith. s. solum euacuat flegma subtile: sed cum. ʒʒ. euacuat flegma grossum: ꝛ ideo in paralisi debet poni parum de. ʒʒ. ꝛ in spasmo multum de zinzibere. ¶ Almansor.

¶ Et nutriatur carne frustatim incisa ꝛ in sartagine frixa: ꝛ mutagemath in quibus sũt species calide: vt piper ꝛ his similia. In potu vo sumat idromel. ¶ Gillanus.

¶ Hic ponit curã p dietã. Et p̃mo p cibuz. Scd̃o p potum. Scd̃a ibi. (In potu vero). De p̃ma dicit q̃ eger debet nutriri carne frustatim incisa in sartagine frixa cuz qua sunt species calide vt piper. Ratio q: p hãc generat' nutrimẽtũ magis siccũ vnde magis ↄsumat' materia paralisis. ¶ Notandũ q̃ p istam assaturã intelligit al'os modos sibi pportionales vt in veru supra cratbiculã ꝛ siles. simil'r itelligit declinantes ad calidũ ꝛ siccũ. ¶ Scd̃o notãdũ q̃ carnes ↄuenientes in cura paralisis sunt carnes castrati pnicis fasiani turturis colũbini ꝛ maxime antique passeres turdi. ratio q: ex his generat' nutrimentuz siccũ. ¶ Tertio notãdũ q̃ in cura paralisis nihil magis ↄuenit q̃z fames ꝛ ieiuniũ vigilie labor cũ sudore vel motus fortis: ratio q: illa desiccãt mãz flegmaticã in paralisi. ideo ꝛc̃. ¶ Quarto notãdũ q̃ q̃uis sint multe species que ↄueniũt in paralisi tam simplices q̃z cõposite vt piper ꝛc̃. tamen iste puluis est appropriatus. ℞. iterior cinamomi elci q̃rtl. ß. coriãdri ppãrati. ʒ. i. gariof. galange piperis cubebe domestice macis nucis mus. añ. ʒ. i. radicum acori. ʒ. ij. ligni aloes calami aromatici. añ. ʒ. ß. grane tinctor. ʒ. iiij. saluie sicce flor sticados ara. añ. ʒ. croci. ʒ. ij. seminis anisi feniculi añ. ʒ. iij. zuccari albi lb. ß. fiat puluis subtilis ponat' in parapside vl' alio mõ quo placet. Ad idẽ. ℞. piperis. ʒ. ij. ß. gariofi. ʒ. i. cardamomi piperis longi zedoarie añ. ʒ. i. specie macis croci añ. ℈. i. fiat puluis ꝛ vtat'. Ad idez valet diaccorus vl' accor° ↄditus vl' diacastoreũ vl' potio sci pauli. (In potu vero). Hic ponit curã p potũ dicẽs q̃ patiẽs paralisim dz sumere in potu idromel. i. aquã mell'. rõ q: digerit mãz ꝛ est pauci nutrimẽti ꝛ p idromel possum° intelligere quẽcũq; sirupũ digestiuũ materie ꝛ debet administrari loco vini q: vinũ nõ cõpetit in p̃ncipio maxime in passionibus neruorum vt dicunt auctores quia est maxime penetratiuum et facit penetrare cibum crudum ad neruos et in neruis conuertitur in acetum quod maxime est inimicum neruorum. ¶ Almansor.

¶ Membra quoq; eius ex oleo costino inungãtur. Q̃d recipit. ʒ. i. pipis. piretri. euforbij oĩum trium añ. tertiam. ʒ. i. castorei. ʒ. ß. dissoluantur omnia in media libra olei de keirim aut de narciso ꝛ vtatur eo. ¶ Gillanus.

¶ Hic ponit curã p localia ꝛ diuidit' in duas. P̃mo p inunctionẽ. Scd̃o p ↄfectionẽ. Scd̃a ibi. (Diebus vero quibus). De p̃ma dicit q̃ mẽbra paralitica debẽt inungi oleo costino q̃d sic fit. ℞. costi. ʒ. i. piperis piretri euforbij añ. tertiã. ʒ. i. castorei. ʒ. ß. oĩa dissoluãtur in lb. ß. olei de keiri aut de narciso aut oleo laurino q̃d melius est. ¶ Notãdũ q̃ rõ dicti est: q: illud oleũ calefacit ꝛ exiccat mẽbra ꝛ ↄfortat neruos ꝛ cõsumit mãz flegmaticã ĩbibitã in porositatib° neruoꝝ ꝛ remouet malã cõplexionẽ frigidã ꝛ humidã que est in paralisi et quotidie vtor illo oleo. ¶ Scd̃o notãdũ q̃ ad idẽ valet vnguẽtũ hoc. ℞. radicũ accori lilij. costi. añ. ʒ. ß. piperis piretri euforbij castorei añ. ʒ. ij. saluie sicce. ʒ. iij. floꝝ sticados arabici. ʒ. i. ß. spice nardi squinãti añ. ʒ. ij. succi herbe paralisis facta residẽtia. ʒ. i. olei de nuce idica olei nasturcij añ. q̃rtl. i. vini. ʒ. iij. puluerizãda puluerizẽtur ꝛ ↄquassanda ↄquassẽt bulliãt simul sup cineres vsq; ad ↄsumptionẽ vini colet' et colature addat' cere q̃tũ sufficit ꝛ fiat vnguẽtũ. Ad idẽ. ℞. bdelij. ʒ. x. euforbij. ʒ. iiij. castorei. ʒ. iiij. serapini. ʒ. iiij. cere. ʒ. xv. olei sambucini vel olei de kerua. ʒ. x. bdeliũ ꝛ serapinuz dissoluãtur in aqua rute agrestis fumãtur cũ aqua calida ꝛ fiat vnguẽtũ. Ad idẽ valet vnguẽtũ arogon nicolai. Ad idẽ valet vnguẽtũ marciaton nicolai magnũ. Ad idẽ valet vnguẽtũ dictũ in. c. de appoplexia. Ad idem. ℞. cere. ʒ. iij. isopi humide succi rute añ. ʒ. ij. euforbij piperis armoniaci croci olei balsami castorei glutinis albotin oppoponacis añ. ʒ. ij. sigie. ʒ. ij. ß. olei q̃d sufficit. Ad idẽ olei bñdicti olei terbẽtine añ. q̃rtl. i. cere q̃tũ sufficit fiat vnguẽtũ. Ad idẽ valet inunctio cũ oleo de maiorana vl' iuniperis vl' cũ oleo de croco vl' de piperib° vl' cũ oleo de gagate vl' cũ oleo pbõꝝ. ¶ Tertio notãdũ q̃ loco olei vl' vnguenti ↄuenit talis ablutio. ℞. saluie sicce. M. ij. ↄquassa ꝛ bulliãt in tribus lb. aque pluuialis vsquequo redeat ad lb. ij. ꝛ in fine decoctõis bulliat duabus bullitõibus floꝝ sticados arabici q̃rtl. ß. colet' ꝛ collature addat' aque marine lb. i. vini al. lb. ß. mell'. electi quartl. i. ꝛ ista est bona ablutio in paralisi. Uel loco decoctõis saluie ꝛ sticados capiãtur aque distillate eaꝝ. Ad idẽ valet ablutio mẽbri cũ aqua ardẽti de aqua vite solũ vel mixta cũ medietate vini albi ꝛ exptus sum frequenter in dolorib° neruoꝝ ꝛ spãl'r in vxore dñi de beccharia. ¶ Quarto notãdũ q̃ loco illius valet hoc emplastrũ. ℞. succi rute facta residentia. lb. ß. pulueris stercoris colũbini q̃d sufficit ad icorporãdum misce ꝛ fiat emplastrũ ligdũ ꝛ extendat' supra pãnũ ꝛ ponat' supra membrum paraliticatum ꝛ supra neruorum originez. Ad idem valet emplastruz competens in appoplexia. Sed addatur gũmi rute agres. ʒ. ij. ¶ Quinto notandum q̃ mẽbra que debent inungi vel emplastrari sunt duo in paralisi. s. membrum paraliticum ꝛ membrum a quo oriuntur nerui ꝛ vl' ad illud intendimus. verbigratia si in pede sit paralisis debet inungi pes ꝛ cum hoc spina dorsi quãtum ad partem inferiorem iuxta alkatin quia ab illa oriũtur nerui ad pedes. Similiter si manus sit paralitica debet inungi manus ꝛ tota spina colli quia ab illa oriuntur nerui ad manus. Ut vult Auic. secunda tertij. ꝛ Gal'. primo de interioribus. vbi recitat de illo qui cecidit de mula. ꝛ medici applicabãt medicinam supra partem paraliticam ꝛ non proficiebat. et ipse posuit medicinam super originibus neruoꝝ ꝛ curatus fuit. ¶ Sexto notandum q̃ talia vnguenta ꝛ inunctiones possunt applicari dupliciter. Primo cum balneo. Secundo sine balneo. Si sine balneo debẽt approximari prius facta euacuatione vniuersali. ꝛ ideo errant vulgares cõmuniter ꝛ vetule que statim cum veniunt ad infirmũ ponũt aliqua

aliqua remedia particularia supra mēbrū non pcedēte eua
cuatōe. Scđo possunt approximari post balneū ⁊ est meli⁹
pmissa tamē euacuatōe vl̄ q2 melius penetrāt. ¶ Notādū
septimo φ balneū cōpetēs in paralisi est duplex. s. nāle ⁊ ar/
tificiale. Nāle est balneū aque marine vl̄ sulphuree. Artifi
ciale est duplex. vnū qđ fit ex herbis superius positis in situ
po cooperiēdo balneū ⁊ recipiēdo solū fumū. Aliud est bal/
neū spāle cōpetēs solū i paralisi. s. ℞. aquā decoctionis vul/
pis īegre extractis visceribus cū pelle tota. fiat balneū duz
vēter patiētis sit bene pparatus: q2 alr̄ posset esse causa dis/
solutiōis materie. ¶ Octauo notādū φ vētose sine scarifi/
catiōe cū stricto orificio apposite supra capita neruoꝝ mul/
tum iuuant. Ratio quia calefaciunt et exiccant. Similiter
fricationes facte in eisdem locis cum sale vel semine vrti/
ce vel sinapi. ratio pz per idē ⁊ totuz post euacuationez fiat
diebus aliquot. ¶ Almansor.

¶ Diebus vero qbus quiescit dāde sunt quaqz
die. ʒ. ij. d anacardio qđ. ℞. ʒʒ. piretri nigelle co
sti melanopiperis macropiperis oggij omnium
an̄. ʒ. i. myrrhe rute sicce fetide aristol. baccaruz
lauri castorei setaragi indi sinapis gētiane oīuz
an̄. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vngant̄ cū oleo nu/
cum: ⁊ cū melle cocto ɔficiātur. hoc. n. medica/
mē valde ɔfert paralisi: appoplexie torture ⁊ tre
mori morsce morsibus scorpionis ⁊ oībus pas/
sionibus frigidis: ⁊ spasmo humido. Que cum
sumitur illico prouocat sudorem ⁊ ifert febrē. φ
si sumptū nō affert sanitatē eger ab oī medicami
ne per. x. dies abstineat excepta dieta. deinde ad
ipsius curam redeundum. Sillanus.

¶ Hic ponit curā p aliud locale. s. p ɔfectionē sumptā p os
⁊ diuidit in duas. pmo facit hoc ostēdēdo effectus q sequū
tur ex assumptione. Scđo ostēdit qđ sit fiēdū cū ex assum/
ptione huius medicine nō sequat sanitas. Scđa ibi. (Q2 si
sumptum). De pma dicit φ in diebus qetis qualibet die de/
bēt sumi. ʒ. ij. de anacardio qđ sic fit. ℞. piretri. ʒʒ. nigelle co
sti melanopiperis macropiperis oggi. i. acori oīum an̄. ʒ. x.
myrrhe rute siccasce aristologie baccaꝝ lauri sectaregi indi
castorei sinapis gentiane oīum an̄. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v.
vngant̄ cum oleo nucū ⁊ cū melle cocto ɔficiant̄. hoc enim
medicamē ɔfert multū paralisi appoplexie tremori tortu/
re albaras morsibus scorpionis spasmo humido. Et oibus
passionibus frigidis. Scđo dicit φ cū sumit̄ tale medicamē
puocat statim sudorē ⁊ febrē. ratio est. ppter magnā calidi/
tatē. ¶ Notādū φ ratio est duplex quare valet hoc medi/
camen: quia iducēdo febrē ⁊ puocādo sudorē ɔsumit mām
flegmaticā ⁊ remouet malā cōplexionē frigidā inductā in
paralisi. Similiter q2 cōfortat neruos quia ponunt̄ multa
cōfortātia neruoꝝ. vt costoreū anacardū ⁊ ita vtimur ana/
cardis. quia ɔfortāt memoriā ɔfortādo neruos. ¶ Tertio
notādum φ cū medicamē istud sit fortis virtutis nō debet
approximari in paralisi si pcedāt alia electuaria magis do/
¶ Hic pōit curā qn̄ ꝓuenit a flegmate ⁊ diuidit̃ ī tres. Primo ponit curā ꝑ euacuationē: ꝭo ꝑ dietā: Tertio ꝑ exercitiū ⁊ fricatiōes: Scđa ibi: (Et eius regimē): Tertia ibi: (Exercitio quoqꝫ): De prima dicit ꝙ si appareat cōtrariū eius qđ dictū ē. qꝛ nō sit rubedo ſꝫ potiꝰ albedo ⁊ nō sit repletio venarū: sepe oꝫ fieri euacuatio ꝑ secessuꝫ cū pillulis cochys: Rō

patet: ¶ Notandum ꝙ ante exhibitionem pillularum debet ꝑcedere sirupus digestiuus flegmatis dictus i.c.d epilepsia. (Et eius regimē): Hic ponit curā ꝑ dietā ⁊ dicit ꝙ eiꝰ regimē dꝫ diminui: rō vt ɔ̄sumat̄ materia flegmatica ⁊ dꝫ ɔ̄clinare ad calidū ⁊ siccū sicut ī dieta epilepsie: (Exercitio quoqꝫ): Hic ponit curā ꝑ exercitiū ⁊ fricatiōes: dicēs ꝙ ī cura vtendū est exercitio: Rō qꝛ resoluit ⁊ exiccat materiam flegmaticā: Scđo dicit ꝙ mēbra īferiora sunt fricāda: rō qꝛ ꝑ hoc diuertit̄ materia a partibus capitis: ¶ Notādū ꝙ ꝑ exercitia ⁊ fricatiōes debēt ītelligi oīa illa q̄ excitāt virtutē vt clamor magnus: ideo talis dꝫ habere sociū dilectū q̄ statim cū audit ipsuꝫ lamētanteꝫ excitet eum siue cū fricatiōe forti siue aspersiōe faciei cū aqua rof. ¶ Scđo notandū ꝙ si incubus fieret a magna frigiditate capitis dꝫ inungi caput cū oleo costino laurino vel rutaceo ⁊ similibꝰ ⁊ si fuerit a nimia repletione stomachi fiat vomitus clistere ⁊ similia: ¶ Tertio notādū ꝙ ī cura incubi ɔ̄uenit vt ɔfortet̄ cor ⁊ cerebrū cū electuario qđ sic fit. ℞: coralloruꝫ ossis de corde cerui margaritaꝝ nō perforataꝝ aā. ʒ. ß: sirici combusti. ʒ. ß. galāge cardamomi mellegete mirtilloꝝ piperis longi gaꝝ nucis musf. peonie aā. ʒ. i. ß. cinamomi. ℥. i. macis croci aā. ʒ. i. zuccari albi. lb. iiij. fiat electuariū durū: ⁊ pōt fieri cū melle melius ī hieme: Sumat̄ mane ⁊ sero ad modū nucis ⁊ bibatur post illud aliq̄d aque decoctionis peonie: Ad ideꝫ valet diacameron: Similiter ⁊ diambra: Ad idem valet si sumat̄ bis in hebdomada ꝑ qualibet vice ī aurora. ʒ. ß. tiriace cū. ℥. iij. aque decoctionis peonie ⁊ videbit̄ mirabile. ¶ Notanduꝫ quarto ꝙ ī tali posset ēt fieri cauteriū in anteriori parte capitis ī loco ɔmissure coronalis specialiter post purgationes factas: ¶ Quinto notandū ꝙ modus cure istius egritudinis est sicut epilepsie: q̄a materia est eadē: Nam incubus non est aliud q̄ꝫ parua epilepsia.

¶ De melancolia. ¶ Sillanus.

Notandū primo circa rubricaꝫ ꝙ melancolia pōt dupliciter sumi: Uno modo ꝑ hūore melancolico. Secūdo mō pro quadā passiōe cerebri sic noīata. Ad ꝑpositū hic sumit̄ secundo mō. ¶ Secundo notandū ꝙ melancolia secūdo mō dicta capit̄ dupliciter. Uno mō generaliter. ⁊ sic est nomē generale ad maniā caninā ⁊ lupinā siue demoniacā ⁊ ad melancoliā ꝓprie dictā: Secundo mō capitur ꝑ melācolia ꝓprie dicta solū. ¶ Tertio notāduꝫ q̄d sit melācolia ꝓprie dicta: nā melācolia est mutatio extimationū ⁊ cogitationū a cursu naturali ad corruptionē ⁊ timorē ⁊ ad malitiā ꝓpter ɔplexionē melancolicā faciētē siluestreꝫ spiritū ī vēis cerebri ⁊ faciētē ipm timiduꝫ ꝓpter tenebras ipsius: sicut tenebre extrinsece solitariū timere faciūt secundū ꝙ ɔplexio frigiditatis ⁊ siccitatis cōtrariant̄ spiritui debilitans ipsuꝫ ⁊ sic in eo videt̄ esse lesio pluriuꝫ virtutū: ¶ Quarto notandū ꝙ apud medicū tres sunt cāe melācolie. s. ꝑmitiua antecedēs ⁊ ɔiūcta: Primitiua sunt res nō naturales multiplicantes melancoliaꝫ vt cibi melancolici sicut lētes ⁊ fabe ⁊ alia legumina carnes antique caseus caules carnes bouine leporum cuniculoꝝ: vinū grossum panis azimus timor ⁊ tristicia ⁊ cōplexio frigida ⁊ sicca. similiter ⁊ regio frigida ⁊ sicca: etas senectutis ⁊c. Cā antecedēs ē humor melancolicus anteq̄ꝫ actu inducat corruptionē ī virtute estimatiua vel imaginatiua: Causa ɔiuncta ē hūor melācolicus existēs ī cerebro vel ī alio mēbro īducēs corruptionē in virtute imaginatiua vel estimatiua. ¶ Quinto notāduꝫ ꝙ differētia est inter maniā caninā ⁊ melancoliaꝫ ꝓpe dictā: qꝛ mania canina causat̄ ex melācolia generata ex sanguine q̄ꝫ diu remanet in materia causa adurens. ⁊ sic in paroxismo garrulant ⁊ gaudent ratione sanguinis ⁊ tristātur ratione melancolie: Mania aūt lupina vel melancolia lupina cātur ex melancolia causata ex adustiōe colere: ⁊ ī tali fit rixa furia ⁊ agitatio: ⁊ a vulgaribus dicit̄ ꝙ demon intrauit corpus eius: ⁊ ē passio difficilis ad curādū: Melāccholia proprie dicta causat̄ ex melancolia naturali buliente ī cerebro: ⁊ aliquando cātur a mala ɔplexione frigida ⁊ sicca sine materia lꝫ raro ab illa. vel ex melancolia causata ex adustione alioꝝ humoꝝ dum tñ caliditas sit separata ab illa materia: ¶ Sexto notandū ꝙ melancolia pōt ɔsiderari dupliciter: Primo mō quantū ad sui originē vel apprehēsionē: ⁊ sic est actio corrupta virtutis imaginatiue. vel quantū ad sui complemētū: ⁊ sic ē actio corrupta estimatiue: ¶ Septimo notādū ꝙ melācolia pōt fieri dupliciter. vl' ꝑ cām ꝓpriā ī cerebro vel ꝑ cōitatē: vt q̄a vapor melācolicus cōicat̄ cerebro a mēbris inferioribus: vt a corde stomacho ipocondrijs splene renibus: ⁊ a retentionibus mēbroꝝ vel hemorroidaruꝫ. ¶ Octauo notādū ꝙ species melancolie sunt q̄si infinite. Quidaꝫ eni timent casuꝫ celi supra se: Quidaꝫ timēt ꝙ terra absorbeat eos: Quidaꝫ timēt latrones: Quidaꝫ ne lupus aggrediat̄ eos. Quidā imaginant̄ res coraꝫ oculis suis q̄ nō sunt vere: Quidam imaginantur se factos esse reges: aut lupos: aut demones: aut aues: aut īstrumēta artificialia: Quidam ridēt: q̄dam plorant: q̄dam abhorrent aquaꝫ: Quidaꝫ etiā melancolici illitterati fiūt litterati: ⁊ litteraliter loquūtur: Quidaꝫ ꝓphetizant: ⁊ hoc non videt̄ reducibile in causas rōnales nobis notas. ⁊ sūt plures alie spēs q̄s omitto ꝓꝑ multitudinem earum: ¶ Almansor.

Cvꝫ alicui cogitatiōes male sine cā acciderit: ⁊ timor ⁊ tristitia ī eo ꝑualuerit. mlīe principiū ī eo ē: Cū āt res ad hoc deuenerint vt ēt ea q̄ cogitare ceperit ore ꝓmat verba sua atq̄ꝫ actus ꝑmisceat: iam melancolia perfecta est. Cui ergo he male cogitatiōes ⁊ tristicia ⁊ tribulatio accidunt anteq̄ꝫ preualere incipiant succurrendus est: quia si preualuerint cura est difficilis: ¶ Sillanus.

¶ Hic determinat de mlīa: ⁊ diuidit̄ ī tres. Prio pōit signa Scđo reddit cām q̄re cū apparēt male cogitatiōes nō ē differēda cura: Tertio pōit curā: scđa ibi: (Cui ergo he): Tertio ibi: (Et si cū mlīa): Pria ī duas. Prio pōit signa mlīe qñ ē ī ꝑncipio. Scđo qñ ī sui ɔplemēto: scđa ibi: (Cū āt res): De ꝑma dicit ꝙ qñ ī aliquo apparēt ista signa: Prio ꝙ male cogitatiōes accidūt sine cā. Scđm ꝙ timor ⁊ tristicia ī eo preualēt: tūc dicimꝰ ꝙ mlīa ē in sui ꝑncipio. ¶ Notādū ꝙ mlīe tres sunt gradꝰ: ꝑmo qñ false imaginā̄t vl' estimāt quia imaginantur illud qđ nō imaginandum vel estimant qđ nō est estimādū: Secūdus gradꝰ ē qñ ore ꝓferūt qđ mēte ɔcipiūt: qꝛ loquūt̄ fatue: Tertius gradus ē qñ ɔplēt oꝑe qđ mēte cōceperūt sicut aliq̄ mlīci q̄ nō desinūt ire nūc huc nūc illuc: ⁊ nesciūt quo vadāt. ⁊ dr̄ cuttubuth: ¶ Scđo notādū de rōne signoꝝ: Uerificat̄ ꝑmū qꝛ hūor mlīcus repugnat spiritibꝰ sui substantia igrossando spūs ex sui q̄litate qꝛ frigidus ⁊ siccꝰ: Uerificat̄ ꝫꝫ qꝛ sicˀ hō exñs ī mēbris timet ⁊ tristat̄. sic spūs ꝑ mlīaꝫ ⁊ vapores melācolicos obtenebrā̄t. ⁊ iō est timor ⁊ tristicia ⁊c: (Cū āt res): Hic pōit signa mlīe qñ ē ī suo ɔplemēto dicēs ꝙ qñ res ꝑuenit ad h̄ qđ patiēs ꝓferat ore q̄ mēte ɔcipit. Silr̄ v̄ba ⁊ actꝰ suos ꝑmiscet: signū ē ꝙ melīa ē ī suo ɔplemēto. ¶ Notādū ꝙ supra Raf: ī ꝑcedēti ꝑte posuit ꝑmū gradū melīe q̄ est male cogitare ⁊ false imaginari nūc ī hac ꝑte pōit ꝫm gradū melīe q̄ ē proferre ore qđ mēte ɔcepit: ¶ Scđo notādū ꝙ signa mlīe sūt duplicia: q̄dā sūt ꝓnostica ⁊ q̄dā demōstratiua. ꝓnostica sūt timor pusilanimitas: extimatō mala: timor: sine cā: velocitas ire: dilectō solitudis. tremor ⁊ v̄tigo ⁊ sonitꝰ ꝓprie ī mirach: Demonstratiua sūt qñ ꝑdicta sūt ɔfirmata: ¶ Tertio notāduꝫ ꝙ ratio

signorū ē. Primo timor ⁊ pusilanimitas pp tenebrositatē melancolie vel vaporis melancolici obtenebrātis spiritus extimatio mala rōe melīe iprimētis speciē tenebrosā. Timor ⁊ velocitas ire qꝛ talis icipit eē solitarius ⁊ si qs illū a suo ꝓposito diuertit irascit. ⁊ qꝛ imaginat ab oībus paruipēdi ē dilectio solitudinis pp obscuritatē melīe q̄ mouet vt sit sollitarius ⁊ nō cōuersetꝰ cū aliquo: ⁊ fit aliqn̄ tremor ex vaporibus ascēdentibus ad caput ⁊ sonitus ⁊ tinnitus ꝓprie in mirach ꝓpter idem qꝛ ibi eleuant mali vapores est fasti diū ꝓpter multitudinem ventositatis subleuantis cibum.

¶ Quarto notādū ꝙ signa melancolie cerebralis sunt hec superfluitas cogitatiōis assiduatio sollitudinis iportunitas ad aliquā rē vt ad terrā: antecessio isomnietatis egritudines cerebri antecedēs ⁊ nō apparēt i mēbris cerebro cōicātibus nocumēta: Accidētia sunt valde magna ⁊ ꝯtinua. ratio patet itelligētibus. Signa melancolie ꝑ cōitatē ꝑ totū corpus sunt nigredo totiꝰ corporis ⁊ arefactio ⁊ retētio eius qd̄ ꝯsueuit euacuari a splene ⁊ a stō ⁊ hemorroidibus ⁊ mēstruis: vehemēs nigredo piloꝝ: ātecessio ciboꝝ melācolicorum: Antecessio febriū putridarum cronicarū ⁊ diuersarū: rō patet: Signa melīe ꝓpter cōitatē ad splenē sunt multitudo appetitꝰ ꝓpter effusionē melīe ad os stomachi: Paucitas digestiōis stomachi pp frigiditatē melīe: multitudo rugitus lateris sinistris: Inflatio splenis ꝓpter ventositates: ⁊ hoc nō separat ab eis: qn̄qꝫ ē febris quartana: Natura est leuis ꝓpter idigestionē: Signa melīe ꝓpter cōitatē ad stomachū sunt nauseatiua sacietas cū idigōe ⁊ repletiōe i hora digestiōis: Mltiplicatio doloris apō cōestiōē q gescit apō digōem. Signa melīe ꝓpter cōitatē ad mirach: sunt grauitas i mirach: ⁊ attractio ad supiora: nausea iseparabilis: ⁊ corruptio digōnis. Eructuatio acetosa: Sputū humidū: Rugitus ⁊ exitus ventositatis: ⁊ inueniūt iuuamētū. dolor ē in stomacho aut iter vtrasqꝫ spatulas ꝓprie post cibū anteq̄ꝫ digerat. Signa qn̄ mlīca passio fit a sanguinea melācolia sūt quia patiens ē cū gaudio ⁊ risu ꝓpter ꝓprietatē sanguīs. nō est tristicia vehemēs. oculi sunt rubei: Vene sunt plene. cibi multiplicātes sanguinē precesserūt: Signa melīe qn̄ ē a colera sunt. qa ē cū saltu ⁊ cū furore ⁊ cū luppinositate ⁊ cū terribili aspectu. ⁊ appellat a qbusdā demoniū. Signa melancolie qn̄ fit a flegmate ē cū pigritia paucitate caliditatis ⁊ cū qete. Signa qn̄ fit a melancolia est cogitatio plurima: audacia minor q̄ꝫ in alijs odiumqꝫ cuius non obliuiscit ⁊ cetera. (Cū ergo): Hic reddit causam quare cū he male cogitatiōes apparēt cura nō sit differēda: ⁊ dicit ꝙ cū accidunt male cogitatiōes tristitia ⁊ turbatio succurēdū ē antequā incipiant ꝑualere: Reddit causā. qa si ꝯfirment ⁊ ꝑualeāt cura est difficilis. Pronosticatio: fluxus vel varices qn̄ veniūt habētibus melancolicā passionē est bonus. ¶ Notandū ꝙ ratio huius dicti est quia si ꝯfirmet signū ē ꝙ facta est fortis impressio in mēbro ꝑncipali. s. i cerebro: Itē qa talis egritudo fit ab humore melancolico. ⁊ talis repugnat curatiōi rōne substātie: qa ē humor grossus: ⁊ rōne qualitatis quia est humor frigidus ⁊ siccus vnde contrariatur calori naturali qui curat morbos: Unde quartana curatur difficiliter.

¶ Almansor:

¶ Et si cū melancolia fuerit dolor vētris ⁊ inflatio: ⁊ malus color: ⁊ digestionis corruptio: ⁊ vomitus acetosus: ⁊ excreatiōis multitudo: icipienda ē cura cū flebotomia ex basilica: aut saluatella sinistre manꝰ: Et si sanguis visus fuerit niger dimittat egredi in multa quātitate: subtilis aūt ⁊ rubeus si fuerit restringēdus erit illico: Eger vero ex rebus linientibus est nutriendus vt sunt alessidabegi que sunt ex carne edina ⁊ aretina ⁊ mittendus est in balneum in quo non diu moretur:

¶ Gillanus.

¶ Hic ponit curā melancolie ⁊ diuidit i duas. Primo ponit curā melancolie ꝑueniētis a splene. ¶ Secūdo a capite: Secunda ibi: (Si aūt): Prima i quattuor: Primo ponit curā ꝑ euacuationē: Secūdo ostēdit qbus ē vtēdū post euacuationē. Tertio ostēdit a qbus ē abstinēdū: Quarto ostēdit circa que medicus hꝫ attendere in cura talis melācolie ꝑueniētis a splene. Secūda ibi: (Deinde tribꝰ): Tertia ibi. (Eger vero): Quarta ibi. (Et studēdū): Prima i duas: Primo ponit curā ꝑ euacuationē factā ꝑ flebotomiā: Secūdo ꝑ euacuationē factā ꝑ secessū. Secunda ibi. (Post hoc āt.) Prima i tres Primo docet facere flebotomiā: Secūdo docet curā ꝑ dietā. Tertio ꝑ balneū. Secūda ibi. (Eger vero): Tertia ibi: (Et mittēdus): De ꝑma dicit ꝙ si cū melancolia fuerint ista signa. s. dolor vētris ⁊ inflatio: malus color corruptio digestiōis ⁊ vomitus acetosus: debemus incipere curā faciēdo flebotomiā ex basilica. aut saluatella manꝰ sinistre: Secūdo dicit ꝙ si sanguis fuerit niger debet dimitti fluere seu diminui i quātitate multa. sꝫ si sit subtilis rubeus debet statī restringi. ¶ Notādū ꝙ ⁊ si i melancolia possit esse ꝑ cōmunitatē ad alia mēbra. s. ad cor: qa generat spiritū vitalē turbidū ⁊ grossū: vel ad epar: vel ad splenē: vel ad matricē: hic tn̄ ponit curā eius q̄ ē ꝑ cōmunitatē ad splenē: quia sepius accidit ex quo splen ē receptaculum melancolie ⁊ illa cura curant alie. ¶ Notādū secūdo de ratiōe signoꝝ melancolie ꝑuenientis a splene: Primo est dolor vētris: qꝛ ꝓpter abundantiā humorū in splene: ⁊ ꝓpter colligantiā splenis ad stomachū debilitat virtus digestiua stomachi: ⁊ sic generantur vētositates que sunt cā doloris ⁊ inflationis stomachi: ⁊ sic verificat primū: Verificatur secundū: qa malus color est ꝓpter malitiā digestiōis: Verificat tertiū. s. corruptio digestiōis ꝓpter malitiā melancolie habundātis in splene: Verificat quartū. s. vomitus acetosus qꝛ melācolia ꝯfluit ad stomachū ⁊ corrūpit ꝯuertēdo ad acetosū: Verificat qntū: qa fit multū sputū ꝓpter malitiā digestiōis ratiōe cuius generat multū de flegmate viscoso i stomacho.

¶ Tertio notādū ꝙ ratio remedij ē. qa ꝑ euacuationē factā ex basilica vel ex saluatella manus sinistre vel brachij euacuat sanguis melācolicus q peccat i splene ⁊ si sit niger debet dimitti egredi: qꝛ sanguis melācolicus ē niger ⁊ grossus ⁊ sic euacuat materia peccans. si sit subtilis restringat qa tunc talis sanguis est colericus q ē sicut frenū melancolie ⁊ sic nō euacuat materia peccās: ¶ Dubitat i habētibꝰ passionē melancolicā peccato melancolie. quare competat flebotomia cū nō peccat sanguis: Dicēdū ꝙ melancolia magis conuenit cū sanguine. quia est fex sanguīs: ⁊ quia melancolia non est sic separabilis a sanguine. Sed si dicet ꝙ sanguis magis contrariat in cōplexione melancolie q̄ꝫ flegmati: Dicendū ꝙ lꝫ ex ꝑte cōplexiōis ita sit: tn̄ ex ꝑte multiplicatiōis nō qa fiunt ab eodē calore. Aliter lꝫ sic sit: tn̄ ex parte euacuatiōis nō est simile. qa flegma pp viscositatē adheret. ⁊ nō sequit sanguinē i euacuatōe. sed melancolia nō: immo egredit cū sanguine. ⁊ ideo posuit flebotomiā: ⁊ Auic. ēt quarta ꝑmi capitulo. xx. de flebotomia dicit ꝙ hoīes melācoliei debent sepe flebotomari: ⁊ in flegmaticis prohibet. (Eger vero): Hic ponit curā ꝑ dietā dicēs ꝙ eger dꝫ nutriri ex carne edina ⁊ aretina: Ratio qa ex ea generat sanguis bonus ⁊ multe quātitatis q resistit melancolie: ⁊ ex quo fit resumptio corporis ⁊ specialiter ꝯuenit hoc. qꝛ splenetici sūt macri ꝓpter idigestionē i epate: ¶ Notādum ꝙ ꝑ illa iura debemus etiā intelligere alia iura vt gallinaꝝ pulloꝝ vitellos ouoꝝ ⁊ similia būectantia ⁊ sanguinē multiplicātia: De

herbis vero boraginem ⁊ buglossam comedat: (Et mitten
dus). Hic ponit curã ꝑ balneũ: dicẽs ꝙ patiens debet po
ni in balneo ⁊ in eo paꝝ morari: ¶ Notandũ ꝙ ratio primi
dicti est: quia balneũ aque dulcis humectat corpus: naz ibi
peccat materia ꝑ frigiditatẽ ⁊ siccitatez: Ratio secundi est
qa si diu staret in balneo. magis resolueret materiã subtilẽ
⁊ sic exsiccaret. ⁊ ideo qdã bonus curabat quartanã paucis
diebus. ipse enim administrabat balneum omni die bis vt
materia melãcolica citius expelleret̃ in paroxismo. ⁊ sic in-
fra mensem curabat q̃rtanã: Alia causa ẽ qa balneũ ĩducit
leticiã. sz ĩ passiõe mł'ica ẽ tristicia ⁊c. ¶ Almansor.

¶ Post hoc autẽ decoctione de epithimo quã
ego cõposui vtat̃ cuius hec est cõfectio: ℞. miro
balanoꝝ indorũ. ʒ. x. polipodij. ʒ. v. sene. ʒ. viiij.
turbith. ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. passulaꝝ enucleata-
rũ. ʒ. x. epithimi cretensis. ʒ. x. oĩa excepto epithi
mo in tribus. lb. aque coquenda sunt donec ad
vnam librã ⁊ mediã redeãt. cũqꝫ hoc factũ fuerit
addat̃ epithimũ ⁊ illico ab igne remoueãtur ⁊ di
mittãt̃ donec ĩfrigidari ceperint: Cũqꝫ ĩfrigida-
ta fuerint manibus fricata colentur: Deinde su-
mant̃ agarici due tertie. ʒ. i. aloes. ʒ. i. sal' indi. ʒ.
ß. elli nigri quartã. ʒ. vnius. ⁊ cõficiant̃ cũ melle
aut cũ iulep. ⁊ fiant ex eis pillule q̃ ꝑ tres horas
ante decoctõis exceptionẽ sumende sunt. postea
sumat̃ decoctio: Deinde tribus diebus q̃escat.
In his autẽ diebus q̃bus quiescit nutriat̃ ex eis
q̃ precepimus: ⁊ i potu sumat vinũ subtile ⁊ cla-
rũ ⁊ bene odoriferũ: Post hoc quoqꝫ iteꝝ soluẽ
dus ẽ vt prius. hoc vero ita vt prediximus tertio
iterandũ est. quarta quoqꝫ potio ei danda: Eger
vero ab oĩbus q̃ colerã generãt nigrã abstinẽdꝰ
ẽ: vt sunt carnes siluestres oẽs ⁊ caro vaccina ⁊
caprina vetuste ⁊ fabe: ⁊ caro salita ⁊ caseus ve-
tus ⁊ lentes ⁊ ꝓcipue lentes ⁊ oĩa bn̄efactina: Vi
nuz p̃terea grossum labores ⁊ vigilias euitet: nec
patiat̃ famem nec sitim: vino vero subtili ĩ potu
vtat̃: ⁊ ꝓcipiendũ est ei vt dormiat: Et est studẽ
dũ in splenis curatiõe ex his q̃ in sequẽtibus ĩ ca
pitulo de splenis curatione dicturi sumus q̃ aug
mẽtat̃: Os quoqꝫ stomachi cõfortandus est: ⁊
precipue ex medicinis quarum mentionez in se-
quentibus facturi sumus cũ egritudines stoma-
chi nominabimus. ¶ Gillanus.

¶ Hic põit curã ꝑ euacuationẽ factã ꝑ secessuz: Primo ꝑ
decoctionẽ: Secundo ꝑ pillulas. Secunda ibi. (Deinde su-
mat̃): De prima dicit ꝙ post flebotomiaz cõuenit decoctio
de epithimo q̃ est. ℞. mirobalanoꝝ indoꝝ. ʒ. x. polipody. ʒ.
v. sene. ʒ. viiij. turbith. ʒ. iiij. sticados. ʒ. x. passularũ enuclea-
taꝝ epithimi cretẽsis añ. ʒ. x. oĩa excepto epithimo coquan-
tur in. lb. iij. aque donec ad. lb. i. ß. reddeãt. Cũqꝫ hoc factum
fuerit addat̃ epithimũ: ⁊ oĩa ab igne remoueant̃ illico ⁊ di-
mittant̃ donec incipiãt infrigidari ⁊ cum ĩfrigidata fuerint
manibus fricata colentur. De secunda parte põit descriptio
nez pillulaꝝ: ⁊ est. ℞. agarici duas tertias. ʒ. vnius aloes. ʒ. i.
salis indi. ʒ. ß. ell'i nigri quartã. ʒ. vnius cõficiant̃ cuz melle:
aut cũ iulep: ⁊ fiãt pillule. Subdit ꝙ tales sumẽde sunt per
tres horas ante assumptionẽ potionis vel decoctiõis: ⁊ de-
bet ꝯplere recipi vsqꝫ ad dies. xvi. ⁊ qualibet die anteqꝫ det̃
decoctio: pillule oẽs q̃ fiunt ĩ recepta sunt sumẽde ꝑ tres ho
ras añ. ¶ Notãdũ ꝙ rõ dictoꝝ ẽ: q2 tales pillule ⁊ talis dẽco
ctio euacuant flegma grossum aggregatum rõe debilitatis
epatis ꝓpter colligãtiã cũ splene ⁊ melancolia a qua fit p̃n-
cipaliter illa passio ⁊ quare debẽt sumi ꝑ tres horas añ deco
ctionẽ q2 pillule nõ possũt opari in tã breui tp̃e. iõ aduenien-
te decoctiõe pillule dissoluunt̃ ⁊ sil'r ꝑficiunt vnã operatio
nẽ. ¶ Tertio notãdũ ꝙ hora assumptiõis ꝯueniẽs nõ dz eẽ
in die agitatiõis ⁊ cõmotiõis materie sicut ĩ die paroxismi:
q2 in illa die nõ debet esse assumptio alicuius medicine: Ut
Auic. prima quar. c. de cura putridaꝝ in generali. Sed ĩ ho
ra q̃etis: q2 virtus est fortis magis apta euacuatiõi. ¶ No-
tandũ quarto ꝙ anteqꝫ det̃ medicina dz p̃cedere sirupꝰ di-
gestiuus materie existẽtis ĩ splene ⁊ ẽ talis: ℞: radicũ feni-
culi petrosilini accori radicis ciperi añ. quar. ß. radicis rafa-
ni radicis apy añ. ʒ. i. radicũ corticis capparorũ mediã e ta-
marisci frassini ⁊ gemestre añ. ℥. ß. eupatory calamẽti absin
thy capil. vene. endiuie scariole: añ: M. i: anisi maratri cu-
scute seis portulace seminis melonis ind: añ. ℥. i. ligritie ra
se vuuaꝝ passaruz sine arill' añ. ℥. i. succi boraginis succi fu-
mittere depuratorũ añ. ℥. ij. floruz boraginis buglosse foruz
sticados arabici añ. ℥. i. mell' elci. q. iij. zuccari alb. lb. ß. tẽpe-
rent̃ cortices ĩ aceto forti ꝑ noctẽ. fiat sirupus ꝑfecte clarifi
catus vsqꝫ ad. lb. i. ß. administret̃ cuz decoctione boraginis
floruz tamarisci floruz sticados arabici añ. ℥. ß. thimi epithi
folliculorũ sene polipody quercini añ. ℥. ß. anisi. ʒ. iij. ligritie
rase vuarũ passarũ sine arill'. ʒ. vi. fiat decoctio ĩ sero capri-
no. ⁊ ĩ decoctiõe tẽperent̃ ꝑ noctẽ corticũ mirobalanorũ be
ne gũmossorũ. ℥. i. ß. fricent̃ de mane fortiter ⁊ colent̃. ⁊ cola
ture addat̃. ⁊ administret̃ si est delicatus cũ. ℥. i. zuccari al.
vel cãdi dulcoret̃. Ad idẽ valẽt tales pilule: ℞. yere ruffini.
℥. iij. lapidis lazuli puluerizati subtiliter. ʒ. i. misce malaxan
do cũ modico sirupi fumiterre fiãt pillule ad quãtitatẽ cice
rũ: Ad idẽ ꝓ debilibꝰ valet diasene. ℥. ß. Ad idẽ confectio ha
mech. Ad idẽ pulueris sene. ℥. ß. cũ aqua lactis. (Deinde tri-
bus): Hic oñdit quomodo ẽ ꝓcedendũ post euacuationem
dicẽs ꝙ post ꝑmã euacuationẽ dz q̃escere tribus diebꝰ: Rõ
q2 virtus ꝯfortat̃ ꝑ nutrimẽtũ q̃ virtꝰ fuit debilitata ꝑ me-
dicinã ⁊ iterato posset laxari. Secũdo dicit ꝙ in his tribus
diebꝰ dz vti dieta de qua dictũ ẽ: Ratio patet: Tertio dicit
ꝙ ĩ potu debet dari vinũ subtile clarũ odoriferũ. Rõ q2 ge
nerat bonũ sanguinẽ ⁊ spũs claros q̃ ꝯtrariant̃ spiritibꝰ gros
sis in mł'ia: Quarto dicit ꝙ iterato post dz euacuari vt pri-
us: ⁊ sic quousqꝫ quarta potio sit exhibita: Ratio qa mate-
ria mel'ica ẽ difficilis euacuatiõis: ⁊ iõ paulatiz dz fieri eua-
cuatio. Sz intelligendũ ẽ ꝙ semꝑ dz p̃mitti digestiuũ: q2 in
cronicis egritudinibꝰ dz fieri paulatĩ digestio ⁊ paulatĩ eua
cuatio ⁊c. (Eger vero): Hic ostẽdit a q̃bus est abstinẽdũ: di-
cẽs ꝙ eger dz se abstinere ab oĩbꝰ generãtibꝰ mel'iaz. Ut sũt
carnes siluestres oẽs. ⁊ vaccina caro ⁊ hyrcina ⁊ magnaruz
capraꝝ fabe caro silita caseus antiquus lentes ꝓcipue: Si-
militer olera nisi sint humectatiua q̃lia sũt borago buglos-
sa ⁊ sil'ia. Scd̃o dicit ꝙ dz abstinere a vino grosso q2 aggre-
gat mł'iaz ⁊ spũs turbidos. dz abstinere a labore ⁊ vigilys q2
exiccãt: Tertio dicit qd̃ nõ dz pati famẽ nec siti: rõ q2 ĩ tali-
bus dispositiõibus corpus exiccat̃: Quarto dicit ꝙ dz vti vi
no subtili: rõ q2 generat spũs subtiles ⁊ claros q̃ ꝯtrariãt̃ me
lãcolie. Quĩto dic ꝙ dz dormire. rõ q2 celebrat̃ melior dige
stio ⁊ hũectat̃ corpꝰ. ¶ Nota ꝙ studẽtes nõ debẽt vti carn ĩ
bꝰ salsis nec alys generãtibꝰ mł'iaz: nec vino grosso q2 ex his
generat̃ nutrimẽtũ grossuz ⁊ spũs grossi hũidi turbidi. vn-
de cerebrũ ñ dispõit̃ ad speculari ⁊ studere. (Et ẽ studẽdũ).

Hic ostendit circa que medicus habet itendere i curatione mlie pueniētis a splene. dicēs ꝙ debem⁹ attēdere i curatione ad splenē cū his de qb⁹ dicet̄ i. c. ꝺ curatione splenis. Rō qꝛ hec passio ꝑncipaliter depēdet a splene: iō si splē ē dur⁹ dꝫ mollificari. Tertio dicit ꝙ debemus attēdere ad stomachū ꝯfortādo os stomachi cū his q̄ dicent̄ i. ca. de dispositōe stomachi. rō qꝛ a splene ad os stomachi ꝯmunicat̄ melia q̄ ifrigidat ⁊ debilitat os stomachi: iō cōfortari dꝫ vt ꝓhibeat̄ receptio melancolie. ¶ Almansor.

¶ Si aūt cū mlia ea q̄ noiauim⁹ nō fuerit ⁊ acciderint post frenesim vel lōgā morā sub sole. aut percussionez in capite. flebotomia ex cephalica facienda est. ¶ Gillanus.

¶ Hic ponit curā melancolie cerebralis: ⁊ diuidit̄ in duas. Prio ponit curaꝫ qñ fit a materia calida vel a mlia causata ꝑ adustionē colere vel sanguinis. Scđo ponit curaꝫ qñ fit a mlia inaturali. Scđa ibi: (Si āt). Pria i duas. Prio pōit curā ꝑ flebotomiā. Scđo ꝑ localia. Scđa ibi. (Et capiti). De ꝑma dicit ꝙ si cuꝫ mlia nō fuerint ea q̄ dicta sunt: sꝫ sequat̄ post frenesiꝫ: vel longā morā sub sole. vel post reꝑcussiōem i capite. suple arguim⁹ mliaꝫ eē i capite: vltio cerebria a ꝑncipio dꝫ fieri flebotomia ex cephalica: Rō qꝛ ꝑ ipsam euacuat̄ mā q̄ ē cā añs ⁊ de illa q̄ ē ꝯiuncta. ¶ Notādū ꝙ ibi capit̄ mlia: vt ē cōis ad maniā: ⁊ h̄ capit̄ mania cāta ex mlia cāta ex adustōe sanguis vl' colere q̄diu cā adurēs tenet̄ i mā ⁊ sic venit p⁹ freneṡiꝫ: qꝛ frenesis causat̄ ex sāguie ⁊ colera: ⁊ qñ venit ad vstōeꝫ generat mliaꝫ vl' maniam: ⁊ q̄diu remanet caliditas tā diu remanet mania. Silr ꝑ lōgā morā sub sole adurūt̄ hūores ⁊ ꝯuertūt̄ ad mliaꝫ: ⁊ q̄diu stat caliditas tā diu stat mlia. Silr ꝑ ꝑcussionē capitis sanguis ⁊ spirit⁹ rōe doloris ascēdit ⁊ fit iflāmatō ⁊ adustio. iō ⁊c. ¶ Notādū ꝙ i passiōe causata a materia mlica cōpetit ēt medicina: ⁊ qñq; sirup⁹ ꝯpetit: ⁊ sirupus ꝯpetēs i mania ē: ℞. lactuce scariole altee añ: M. i. floꝝ viol'. nenufaris ros. ru. añ. ℥. i. succi boraginis succi fumiterre succi pomoꝝ acetosoꝝ añ. ℥. ij. acori. sillitici. ℥. i. p cā ꝯiūcta zuccari al. quar. iij. fiat sirupus clarificat⁹ vsq; ad. lb. i. Laxatiuū dꝫ eē tale. ℞. floꝝ boraginis floꝝ viol'. floꝝ nenufaris añ. ℥. ß. vuaꝝ passaꝝ mundataꝝ ebaril'. ʒ. v. epithimi folliculoꝝ sene añ. ʒ. i. anisi. ʒ. iij. fiat decoctio i sero caprino. ⁊ i decoctiōe tēperet̄ cortices mirobalanoꝝ idoꝝ vel citrinoꝝ. ʒ. i. p cā antecedēte corticis mirobalanoꝝ idoꝝ. ℥. ß. Pro cā ꝯiūcta fricēt̄ ꝺ māe fortiter ⁊ soleṫ a colatura de mane det̄. ¶ Almansor.

¶ Et capiti studiū adhibēdū ex reliquo regimine qꝺ dixim⁹ ꝓprie: Aqua ꝑterea tepida ab alto loco sup caput fundēda ē. Deide oleū ro. cuꝫ aceto vini capiti infundat̄: ⁊ lac muliebre desup mulgeat̄. Narib⁹ ēt oleuꝫ de seminib⁹ cucurbite dulcis. ⁊ lac muliebre iniiciat̄. In balneū quoq; sepe mittēdus ē: ⁊ multū ex aq̄ tepida capiti ē superifundēdum. Eger ēt oia q̄ odorifera frigida sunt odoret. ¶ Gillanus.

¶ Hic ponit curā ꝑ localia. Prio i generali remittendo se. Scđo i speciali. Scđa ibi: (Aq̄ ꝑterea). De ꝑma dicit ꝙ circa caput ē attēdēdū cū his q̄ diximus supra in cura frenes̄. ¶ Notādū ꝙ q̄uis erūt ponēda mlta supradcā: vt i ꝑdicto. c. de cura frenes̄: tñ sūt due ablutiōes spāles i mania: vna ē ablutio capitis cū decoctiōe pedū ⁊ capitis montonis ⁊ seis papaueris albi. Scđa est decoctio folioꝝ sene: ⁊ aliqñ cū semib⁹ ⁊ florib⁹ boragis ⁊ buglosse. (Aqua ꝑterea). Hic pōit curā ꝑ localia i speciali: ⁊ diuidit̄ i qnq; ꝑtes ſm ꝙ qnq; localia ponit. ꝑtes patebūt. De ꝑma dicit ꝙ aq̄ tepida dꝫ ab alto sup caput fundi. Rō qꝛ talis hūectat. deide qꝛ reuertitur ad frigiditatē ifrigidat ⁊ sic ꝓhibet adustionē materie. (Deide oleū). Hic pōit aliꝺ locale: dicēs ꝙ oleū ros. cū aceto dꝫ fūdi supra caput. Rō qꝛ ē frigidū ⁊ stipticū: ⁊ sic ꝓhibꝫ ascēsuꝫ vapoꝝ ad caput ⁊ adustionē i materia. Silr lac muliebre dꝫ mulgeri supra caput. Rō qꝛ frigidat ⁊ humectat. (Naribus). Hic ponit curā ꝑ aliud locale dicēs ꝙ naribus dꝫ imitti oleū de seie cucurbite oleū de salicib⁹ ⁊ lac muliebre. Rō qꝛ alterāt ⁊ ꝓhibēt adustionē i materia: ⁊ ista ꝺbēt fieri i ꝑncipio vel i augmēto qñ nō ē itentio resolutiōis. (In balneū). Hic ponit curā ꝑ aliud locale: dicēs ꝙ patiens dꝫ sepe poni i balneo: ⁊ dicit ꝙ dꝫ i eo morari multū ⁊ fundi ex aqua tepida supra caput. Rō qꝛ ꝓhibet adustionē materie ꝑ suā hūiditatē ⁊ resoluere facit ꝑ caliditatē vl' saltē hūectādo disponit illā ad resolutionē. (Eger ēt). Hic ponit curā ꝑ aliud locale dicēs ꝙ eger ēt dꝫ odorare frigida. vt sūt rose sandali viol'. rō qꝛ ꝓhibēt adustōꝫ materie: ⁊ qꝛ sūt aromatica. ꝯfortant caput: ⁊ p recepta recurrat̄ supra. c. de cephalea ⁊ emigranea: ⁊ ibi patet. ¶ Almansor.

¶ Si aūt cū melācolia. nihil fuerit eoꝝ q̄ dixim⁹ i pricipio: matrix vena dextri brachij aperienda erit: ⁊ sanguis ꝯsiderādus. ⁊ vt ꝑdixim⁹ faciēdū erit ⁊ regēdū: ⁊ postq; hoc regimē infirmo adhibueris ꝑ aliquot dies qescere dimittēdus ē: deinde vt prius i cura eius incipiēdū donec sanitatis fiat restitutio. ¶ Gillanus.

¶ Hic pōit curā mlie cerebral' facte a mlia naturali ⁊ diuidit̄ i duas. Prio pōit curā ꝑ euacuatōꝫ. ſo oñdit qd fiēdū sit i dieb⁹ getl. scđa ibi. (In dieb⁹ vo). Pria i duas. Prio pōit curā ꝑ ꝓhliā. ſo ꝑ medicinā laxatiuā. s. ꝑ pill'as. ſa ibi. (Pill'e). Pria i duas. Prio pōit curā ꝑ flebotomiā. ſo oñdit circa qd dꝫ eē itentio i cura mlie. ſa ibi. (Studiū). Pria i duas. Primo facit qꝺ dictū ē. ſo oñdit qd fiendū post flebotomiā. ſa ibi: (Et postq;). De ꝑma dicit ꝙ cū i mlia nihil fuerit ex his q̄ dixim⁹ i ꝑncipio dꝫ fieri flebotomia de vena cōi q̄ dr̄ vena matrix brachij: s. dextri. ſo dicit ꝙ dꝫ ꝯsiderari sanguis ⁊ dꝫ fieri vt dictū ē: qꝛ si esset grossus debet dimitti egredi: si subtilis debet restringi. ¶ Notādū ꝙ qñ nō est aliquid eoꝝ q̄ dixim⁹ vel que dicta sunt. signū est ꝙ ꝓuenit a mlia naturali: ⁊ cū hoc nō sit in capite nisi qꝛ cōmunicat̄ ab epate vl' corde dꝫ fieri flebotomia totius corꝑis. s. de vena cōi q̄ respicit ꝑtes suꝑiores vt caput ⁊ inferiores vt cor ⁊ epar. Sꝫ q̄re dꝫ fieri flebotomia ē ꝑ ꝯmixtōꝫ cū sanguie: ⁊ sic euacuat̄ fex ei⁹ q̄ ē mā peccās. Sꝫ q̄re dꝫ ispici sanguis: qꝛ si videat̄ niger in magna q̄titate dꝫ euacuari qꝛ euacuat̄ mā peccās: sꝫ si sit subtilis dꝫ restrigi qꝛ nō euacuatur mā peccās. (Et postq;). Hic oñdit qd fiēdū sit post flebotomiā dicēs ꝙ post hoc regimē dꝫ qescere plurib⁹ dieb⁹. Rō vt virt⁹ subleuet̄. deinde ē ꝓcedēdū i cura donec fiat restitutio sanitatis. Ut ex hoc velit ꝙ restitutio dꝫ fieri paulatiue ⁊ sepe: qꝛ mā mlica est difficilis euacuationis. ¶ Almansor.

¶ Studium vero totum qꝺ erga melancolicos est obseruandum est vt impinguentur ⁊ carnosi fiant: ex quo enim pingues ⁊ carnosi fuerint illico sani erunt. ¶ Gillanus.

¶ Ostendit circa qꝺ cadit tota intentio medici in curatione melancolie. ⁊ duo facit. Primo premittit hoc. Secundo ostēdit qbus perficit̄. Secunda ibi. (Cibi āt). De ꝑma dicit ꝙ tota intentio medici in curando melancolicos est vt fiāt pingues ⁊ carnosi. quia si sic. cito fient sani. Ratio quia remota est mala complexio frigida ⁊ sicca que faciebat illam passionem. ¶ Almansor.

¶ Cibi aũt q̄ illis ꝯgruũt sũt caro arietina ⁊ edi-
na ⁊ gallinacea ⁊ panis de simula: oppir⁹ aũt pa-
nis nullo mõ ē eis ꝯgruus: vinũ quoqꝫ subtile ⁊
claꝝ eis ꝯueniēs ē: vinũ ꝟo grossũ nõ ē eis bonũ
nec nigrũ: lac aũt recēter ab vberib⁹ extractũ dũ
adhuc calet eis ꝯfert ⁊ pisces recentes ⁊ sisami
de zuccaro fci ⁊ oleo amigdalino. Preterea au-
dire cãtilenas ⁊ gaudere ⁊ hr̄e ante se res deli-
tiosas ⁊ dormire plurimũ ꝯfert eis: ecõtrario ꝟo
cogitare ⁊ solus morari ⁊ vigilare maxime no-
cet eis. Pillule q̄ colerã nigrã expellũt de qbus
dat his q decoctionē sumere nequnt. ℞: epithi
cretēsis. ʒ. xx. polipodij agarici ãboꝝ añ. ʒ. x. elli
nigri salis idi amboꝝ añ. ʒ. v. sticados. ʒ. vij. pul
ueris ierepigre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iij. In dieb⁹
vero qb⁹ qescit eger dꝫ sumere electuariũ qδ vo-
cat letifians: qδ ℞. mellisse corticũ citri gario-
fil. gallie muscate masticis croci oriētalis nucis
mus. cinamomi cardamomi nebere: misch. be-
hema albi ⁊ rubei zedoarie doronici: semis ozi-
mi maioris semis ozimi gariofil: oium añ. ptes
eq̄les musci: q̄ꝫtũ ē δcima pars. ʒ. vni⁹ deide su-
mant kebuli: xx. ⁊ embl. xxx. ⁊ terant ⁊ i trib⁹ li-
bris aque coquãt donec ad vnã redeãt ⁊ colent.
in colatura vero addat mell. lb. i. deinde bulliãt
donec aq̄ ꝯsũpta sit: post ex hoc melle ꝯficiãtur
spēs p̄dicte qδ tñ in põdere sit triplũ ad spēs de
quo cũ necesse fuerit ad magnitudinez auellane
sumēdũ est. hoc enim medicamē letitiaz ⁊ colo-
ris pulchritudinē ⁊ digestionis bonitatē operat
⁊ retardat canos. ¶ Gillanus.

¶ Hic oñdit quibus ꝑficiat dicta itētio. ⁊ diuidit in duas.
Primo explicat cibũ ⁊ potũ ꝯueniētes ⁊ discõuenietes. Se-
cũdo explicat q̄s alias res ñ nãles. Scδa ibi. (Preterea au-
dire): De p̄ma dicit ꝙ cibi ꝯueniētes sũt caro edina arietia
gallinacea ⁊ panis de simula. i. farina frumēti. Rõ q2 gene-
rat sãguinē laudabilē ꝯriũ melie. Scδo dicit ꝙ panis opir⁹
.i. azim⁹ nõ ꝯuenit: Rõ q2 est oppilãs: ⁊ sic generat malũ san
guinē melicũ. Tertio dicit ꝙ vinũ claꝝ ⁊ subtile erit ꝯueni
ens: q2 gnãt spũs subtiles claros ꝯrios melie. Quarto dicit
ꝙ vinũ grossũ nõ ē bonũ: Rõ. q2 ē oppilatiuũ gnãns meliã.
Quito dicit ꝙ lac recēter extractũ ab vberib⁹ dũ ē calidũ ē
bonũ. rõ q2 bñ nutrit ⁊ humectat: Sexto dicit ꝙ pisces recē
tes: ⁊ sisamũ δ zuccaro fcm ⁊ oleũ amigdalinũ ꝯferũt. rõ q2
humectãt: De scδo dicit ꝙ audire cãtilenas dulces ⁊ gaude
re ⁊ hr̄e res delitiosas i sui p̄ntia ⁊ dormire ꝯferũt: rõ q2 de-
lectãt aiam ⁊ clarificãt spũs ⁊ sõn⁹ humectat: Scδo dicit ꝙ
cogitare ⁊ solus morari ⁊ vigilare maxime nocēt. rõ q2 exic
cãt corp⁹ ⁊ sũt cã mltiplicatõis melie: (Pillule): Ponit cu-
rã ꝑ medicinã. dicēs ꝙ nõ valētib⁹ sumere decoctionē ꝯue
niũt pillule euacuãtes meliaz q̄ sũt. ℞. epithi cretensis. ʒ. x.
polipo. agar. ãboꝝ añ. x. elle. nig. sal. idi. añ. ʒ. v. ãbo. sticados
ʒ. vi. ierepigre. ʒ. xvi. ꝯficiant cũ ydromelle vl sirupo de fu-
moterre ⁊ sumant ex eis. ʒ. ij. ¶ Notãdũ ꝙ añ exhibitõez
illaꝝ pillulaꝝ cõpetũt sirupi digestiui dicti i. c. de cura do-
loꝝ capitis a mã melica. iδ recurrat illuc. ¶ Scδo notãdũ
ꝙ post euacuationē ꝯueniũt oia ꝑticularia dcã loco allega-
to supra. s. fricatões sacculi fomentatões sternutoria ⁊ silla.
Sꝫ fomētatio ꝯueniēs ē: ℞. folliculoꝝ sene thyz epithi bo-
raginis buglosse añ. ʒ. i. ꝯq̄ssent ⁊ bulliãt i duab⁹ ebullitõib⁹
i. q̄ttuor. lb. aq̄ in q̄ decoctõe caput fomētet. Ad idē fiat fo-
mētatio cũ succi boraginis succi fumiterre añ. lb. ß. ⁊ iste sũt
spãles q̄s tꝫ Gerardus. Sternutoriũ ꝯpetēs ē: ℞. lactis mu
lieris. ʒ. i. elli nigri pluerizati. ʒ. i. misce ⁊ fiat iunctio i nares
⁊ si iste pluis distēperet cũ succo sicle erit fortissimũ valde.
¶ Tertio notãdũ ꝙ loco pillulaꝝ põt dari sirup⁹ laxatiu⁹
tal. ℞. floꝝ boragis bugl. sticados arabici añ ʒ. v. polipody
q̄rcini agarici elci añ. ß. ʒʒ. seis basilici añ. ʒ. ij. succi boragis
succi fumiterre δpuratoꝝ añ. ʒ. i. zuccari al. lb. ß. fiat sirup⁹
paꝝ coct⁹ ⁊ paꝝ clarificat⁹ vsqꝫ ad q̄r. iij. dissoluat i sirupo
dyagridij. ʒ. ß. ⁊ sepe ponit i medicis. ad excitãdũ ꝟtutes alia
rũ medicinaꝝ succ⁹ rof. recentiũ mastic añ. gra. iij. Ad idē
valet tal colatura q̄ ꝓfuat a passione melica. ℞. epithi q̄r. ß.
anisi. ʒ. iij. ꝯq̄ssa ⁊ ebulliãt sil vna bullitõe i. lb. i. seri capni co
lent ⁊ colatura admĩstret. Ad idē: ℞. mirobolanoꝝ idoꝝ.
ʒ. i. ß. pistent ⁊ buliãt cũ. ʒ. i. prunoꝝ siccoꝝ i. ʒ. viij. aq̄ donec
medietas aq̄ sit ꝯsũpta colet ⁊ cũ illa colatura addãt mãne.
ʒ. x: (In dieb⁹ ꝟo). Hic oñdit qd sit fiēdũ i dieb⁹ qet: dicēs
ꝙ i dieb⁹ qet dꝫ sumere δ elcũario qδ dr letificãs. ℞. mellis-
se cortic citri gariofil. gallie mus. masticis croci oriētal nu-
cis mus: cinamomi cardamomi: nebere: misch: been. al. ⁊ ru.
zedoarie doronici seis ozimi maioris se. ozimi. gariofil. oiũz
añ ptes eq̄les musci q̄ꝫtũ ē δcima ps. ʒ. vni⁹. deide sumant
kebuli. xx. emblici. xxx. terant ⁊ i lb. trib⁹ aq̄ coquant donec
ad vnã redeãt colent ⁊ in colatura mittat mell. lb. i. deide
buliat donec aq̄ ꝯsũpta sit postea ex illo melle ꝯficiant spēs
p̄dicte qδ tñ i põdere sit triplũ ad spēs de quo cũ nece fuerit
ad magnitudinē auellane sumēdũ est. B. n. medicamē leti-
tiã ⁊ coloris pulchritudinē ⁊ digestionis bonitatē opat ⁊ re
tardat canos: Et ex his pꝫ rõ q̄re B elcũariũ seu medicamē
i passione melãcolica valet: q2 ꝯfortat coꝛ ⁊ alterat malã cõ
plexionē: melãcolicã: ⁊ q2 euacuat f la qδ multiplicat ꝑ idi-
gestionē ꝑ mirobolanos kebulos ⁊ retardat canos. q2 cani-
cies cãtur a flegmate putrido i cerebro. ¶ Notandũ ꝙ lo-
co hui⁹ valet B: ℞. margaritaꝝ electaꝝ. ʒ. i. iaciti smaragdi
doronici romani been al. ⁊ ru. añ. ʒ. i. floꝝ cinamomi galan
ge nucis mus. macis. ʒʒ. al. añ. ʒ. ß. gariof: piperis lõgi. cubebe
domestice ligni aloes storacis calamite seis basalice añ. ʒ. ß.
croci. ℈. i. musci boni ãbre elcte añ. gra. v. corticũ citri ꝯditi
ʒ. ß. ligritie rase. ʒ. ij. cãdi. vuaꝝ passaꝝ sine aril bñ pinguiũ
añ. ʒ. iij. succi pomoꝝ dulciũ bñ depurati. ʒ. i. ꝯfue buglosse
boraginis añ. ʒ. ij. aque rof. ʒ. i. ⁊ zuccari al. lb. i. fiat elcũariũ
Ad idez: ℞. letitie gal. dyaboraginati pliris cum musco añ.
quar. i. misce: Ad idē valet diamargariton: Ad idem diaro-
don lily: Ad idē: ℞. serici combusti. ʒ. i. corraloꝝ ru. ʒ. ß. ossis
de corde cerui. ʒ. ij. margaritaꝝ nõ perforataꝝ. ʒ. iiij. carda-
momi. ʒ. ß. prunoꝝ mundatoꝝ ligritie rase isopi añ. ʒ. ij. nu-
cis musca. gariofil. piperis lõgi. cubebe galãge añ. ʒ. i. ß. cina-
momi. ʒ. v. macis. croci. añ. ʒ. i. zuccari. lb. vi. in hieme vero cõ
ficiãtur cũ mellis dispumati ⁊ cocti lb. iij: ⁊ addãtur in fine
mus. ℈. ij. Sumat mane ⁊ sero ad q̄ꝫtitatē nucis magne. et
post bibat aliqd vini al. clari odoriferi: hoc enim electuariũ
vltimũ est ad ꝯfortandũ coꝛ ⁊ cerebrũ ⁊ animã gaudere fa
cit ⁊ visum rectificat ⁊ remouet malas cogitationes: rectifi
cat memoriã ⁊ ꝯfortat digestionē ⁊ multiplicat humidita-
tē naturalē in toto corpore. ¶ Notãdũ vnũ cõmune in cu-
ra passionis melancolie ꝙ aptio hemorroidaꝝ ⁊ venaꝝ ani
vel ꝓuocatio sanguinis mēstruoꝝ ⁊ aptio saphenei pede ꝓ-
uocatio varicũ in cruribus maxime valet in cura: ¶ Scδo
est notãdũ aliud cõe ⁊ vltimũ remediũ post exhibitionē me
dicinaꝝ ꝙ fiat vnũ cauteriũ in parte anteriori: ⁊ duo i cor-
nib⁹ posteriorib⁹ capitis ꝓfũdando vsqꝫ ad os: si ē possibile

dimittatur locus apertus vsq; ad dies .x. pro posse et sic gratia dei finitur egritudo melancolica.

¶ De catarro. ¶ Sillanus.

Notandū circa rubricā ꝙ catarrus pōt sumi tripl'r. s. ꝓprie magis ꝓprie ⁊ cōmuniter. Cōmuniter sumit̄ p reumate: seu p fluxu materie ab vno membro ad aliud vndecunq; fluat: et ideo dicitur reuma quasi ruens mā. Sed ꝓprie sumitur pro fluxu materie a capite ad tria membra maxime ad nares ad fauces et ad pectus: lz posset mā fluere ad neruos ad stomachuz ⁊ ad alia mēbra. magis ꝓprie sumit̄ p fluxu materie a capite ad pectus ⁊ sic distinguitur ꝯtra corrizā ⁊ branchiū qꝛ in corriza fluit mā ad nares. in brancho ad fauces. in catarro ad pectus. Ut patet in his versibus: si fluit ad pectus dicat̄ reuma catarrus. Ad fauces branchus. ad nares esto corriza. Ad ꝓpositū hic sumitur secūdo modo catarrus. ¶ Scdo notādū ꝙ catarrus pōt fieri tripl'r. pmo p viā dissolutiōis vt a sole vel a balneo vel ab alijs rebus vaporosis assumptis vt alleis cepis sinapi pipere ex qbus dissoluit̄ mā in capite siue calida siue frigida: Scdo pōt fieri p viā compressionis vel ꝯstrictionis: sicut a frigiditate extrinseca ꝯstringente. vt patet in spongia madefacta si ꝯstringatur fluit aqua: Tertio pōt ꝓuenire ex multitudine materie siue sit colera siue flegma siue ab alio extrinseco agente: ¶ Notādum ꝙ apud medicū tres sunt cause catarri. s. pmitiua antecedens ⁊ cōiuncta: Primitiua sunt res extrinsece dissoluētes vel cōprimētes: sicut aer frigidus vel calidus: Balneū. morari ad solē. ⁊ ventus australis vel borealis: Simil'r causa primitiua sunt res non nāles multiplicātes mām colericā vel flegmaticā: Causa antecedēs sunt humores colerici vel flegmatici anteq; causent fluxum a cerebro ad nares vel ad fauces vel ad pectus: Causa ꝯiūcta sunt illi humores quādo fluūt a cerebro ad membra inferiora: ¶ Dubitat̄ qui hoīes facilius incurrunt catarꝝ an habētes caput calidū: an frigidū: Dicēdū ꝙ habētes caput calidū citius icurrūt catarꝝ a causis extrīsecis q; habētes caput frigidū qꝛ habēt porros amplos ⁊ latos: ideo frigiditas extrīseca citius penetrat. Scdo dicēdū ꝙ habētes caput frigidū citius icurrūt catarꝝ ⁊ facilius a causis itrīsecis Ratio. qꝛ in ipsis porri sunt clausi: ideo nō facil'r patiunt̄ a causa extrīseca: sed a causis itrīsecis: qꝛ habēt cerebrū debile: vnde nutrimētū veniēs ad ipsum non debite ꝯuertit̄ in substātiā cerebri: ⁊ sic aggregāt māz p idigestionē. iō nō est mirꝝ si mulieres vadūt capite discopto magis q; viri qꝛ hn̄t capꝰ magis frigidū ⁊ sic poros hn̄t clausos. ¶ Al.

Cum caput alicuius in egressione balnei discopertuz fuerit aut post exercitiū aut post aliud: fueritq; aer frigidus ⁊ vētus septētrionalis ⁊ accidit i naribꝰ ⁊ palato pruritꝰ ⁊ ꝯmotio ⁊ sternutatio. ¶ Sillanus.

¶ Hic determinat de catarro. ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit signa. Scdo ponit curā. Scda ibi. (Pānus tunc). De pma dicit ꝙ vbi caput alicuius i egressione balnei. aut post exercitiū vel aliud fuerit discoptū: ⁊ fuerit aer frigidus. ⁊ vētus septentrionalis: si in naribus ⁊ palato veniāt pruritus cōmotio ⁊ sternutatio significamus supra catarꝝ. ¶ Notādū ꝙ causa partis est. qꝛ in egressione balnei vel post exercitiū caput est rarefactū ⁊ in poris aptum: vn̄ aer frigidus vel vētus septētrionalis supueniēs capiti discopto caput penetrat ⁊ cōprimit humiditates cerebri: vn̄ dissolute iducūt pruritū cōmotionē ⁊ sternutationē ⁊ p ꝯsequēs inducūt catarꝝ: ¶ Notandū scdo ꝙ signa catarri ex causa calida sunt subtilitas ⁊ acuitas materie catarri. iflāmatio rubedo in facie. asperitas nariū. caliditas vehemēs pruritus. ⁊ amaritudo cū acuitate que sentitur in gula: Signa catarri ex mā frigida sunt eminētia oculoꝝ cū albedine ⁊ pallore faciei. oppilatio nariū viscositas ⁊ grossities materie fluētis in potētia attrahēdi aerez p nasum destructio olfatus reꝝ ⁊c. Ratio patet: ¶ Notādū tertio ꝙ signoꝝ catarri. quedaz sunt signa tantum. quedā sunt signa et cause: Signa catarri calidi que sunt signa tantū. sunt qꝛ caput sentitur calidum ad tactuz. quando humor descendit pungit ⁊ mordicat. facies videtur rubea vel citrina: Sed signa que sunt signa ⁊ cause sunt cibi assumpti calidi vt cepe allea porri aer calidus cōplexio calida etas iuuētutis: Signa catarri frigidi que sunt signa tantum. sunt quia caput sentitur frigidum ad tactum quando humor descendit non mordicat facies apparet pallida vel alba: Signa que sunt signa ⁊ cause. sunt res extrīsece multiplicātes flegma aquosū vel res cōprimētes vel dissoluentes sicut multiplicatio aeris frigidi. cōplexio frigida. etas frigida tp̄s frigidū. ¶ Almansor.

¶ Pannus tunc calefaciendus est ⁊ capiti superponendus in quo tamdiu moretur donec eger calorem in capitis profunditate sentiat penetrasse. Deinde nigellam odorare incipiat. Et prouocetur sternutatio: ⁊ caueat ne supinus iaceat ⁊ comedat parūz: A vino quoq; omnino abstineat. ¶ Sillanus.

¶ Ponit curaz catarri frigidi vbi materia fluit ad pectus. Scdo ponit curaz corrizie vbi mā fluit ad nares. Scda ibi. (Si qd): Prima in duas. Primo ponit curā catarri ꝓuenientis sine febre. Scdo ponit curā catarri ꝓuenientis cū febre. Scda ibi. (Qr si neq;): Prima in duas: Primo ponit curaz qn̄ passio est debilis. Scdo qn̄ passio est fortis. Al'r pmo ponit curā qn̄ passio fit a mā frigida. Scdo qn̄ fit passio a mā calida. Scda ibi. (Qr si passio): Prima i qnq;: Primo ponit curā p appositionē pāni calidi supra caput: Scdo p odoramētū: Tertio p sternutationē: Quarto p decubitū: Quinto p dietā: partes patebūt. De pma dicit ꝙ debet pannus calefieri ⁊ supponi capiti ⁊ debet tātū morari ꝙ eger sentiat caliditatē penetrare vsq; ad ꝓfunditatē capitis: Rō qꝛ pannus p suā caliditatē ꝯsumit māz ⁊ remouet malā cōplexionē iductā in cerebro. ¶ Notādum ꝙ loco illius pāni calidi possunt apponi alia calida resoluentia vt sacculus de milio ⁊ sale torefactis. ⁊ potest poni sic i forma: ℞. milij. ℥. iiij. salis communis. ℥. ß. torrefiant simul in sartagine vel in tegula ⁊ sacculus ad quantitatem vnius palmi fiat ⁊ applicetur capiti. ratio patet. Ad idem valet sal in magna quantitate ponatur in vino ⁊ pannus fortiter compressus ponatur supra partem capitis ⁊ est experimentum arnoldi de villa noua. ratio quia desiccat. Ad idem valet hoc vnguentum. ℞. stercoris columbini gumme ru. agrest. castorei seminis sinapis añ. ℥. i. euforbij. ℥. ß. olei ru. quar. i. cere qd̄ sufficit. puluerizāda puluerizentur ⁊ conquassanda conquassentur misce oīa ⁊ fiat vnguentum cursibile. vngatur cōmissura in parte anteriori raso capite. ⁊ est vltime virtutis ⁊ valde exiccatiuū. Ad idem valet cauterium factum in occipitio primo. deīde in commissura si sit necessitas cauterij. ratio patet. Ad idez valet emplastrum dictum in cura doloris capitis facti a materia frigida: ¶ Notandum ꝙ catarrus potest curari quattuor modis. Primo modo per diminutionem materie vt per medicinam laxatiuam ⁊ resolutiuam: Secundo per alterantia et ingrossantia materiam quia in catarro materia primo est fluida et liquida sicut in principio. deinde incipit fieri grossa sicut in augumento. deinde venit ad mediocritatem quando materia est bene digesta sicut in statu: Tertio curatur per prohibentia illum fluxum vt si fluit ad pectus per gargarismata prohibentia illū fluxū ⁊ per illas pil

lulas sub ligua. Quarto curatur ꝑ distractionē materie ad partem contrariam. verbi gratia. si materia fluit ad pectus distrahatur materia ad nares. vel per cauterium factū in parte posteriori colli vel nuche. ⁊ si mā fluit ad nares distrahatur ad os dando gargarismata trahentia mām ad os.

¶ Notandū ꝙ si catarrus fiat a mā frigida debet fieri ingrossatio per stiptica calida. vt sunt mastix olibanū nux cipsi ⁊ similia: Ad idē valet talis sirupus. ℞. saluie folioꝝ cipssi añ. ℥. i. ligni aloes. ʒ. ij. mellis electi zuccari al. añ. lb. ß. fiat sirupus vsqꝫ ad quar. v. ¶ Notandū ꝙ post ingrossationem materie cōpetit euacuatio cū pillulis chochys que fiūt. ℞. pulueris pigre. ʒ. x. colloquintide. ʒ. iij. ⁊ tertiā. scamonee. ʒ. ij. ß. turbith sticados añ. ʒ. v. fiant pillule grosse ad modū ciceꝝ cū succo rute vel apij dosis est. ʒ. ij. ¶ Notandū quinto ꝙ post purgationē ꝯuenit dare patientibus cū vadunt dormitū de ꝯfectōe. ʒʒ. que fit sic. ℞. ʒʒ. mundati non cocti neqꝫ exiccati. ℥. iiij. liquiritie munde. ℥. ß. mellegete gariofil. nucis musca. cardamomi añ. ʒ. ij. fiat electuarium cum sirupo facto ex lb. iij. zuccari sumatur ad modū nucis: ⁊ post bibatur vinū limphatū calidum actu ⁊ potest sumi de mane. Similiter hoc electuariū etiā administratur in introitu lecti. ⁊ sic administratū īpedit cursum catarri ⁊ lenit asperitatē ⁊ facit totū qđ de flegmate in gutture ꝯtinetur: pectore expellere atqꝫ expuere sine difficultate ⁊ supfluū digestum hora expulsionis īuenitur. hoc etiā electuariū ꝯfortat stomachū ⁊ omnia membra nutritiua: vt ait Guilielmus placentinus. (Deinde nigellā): Hic ponit curā ꝑ odoramenta dicens ꝙ debet odorare nigellā: Ratio qꝛ cū sit calida ⁊ stiptica habet ꝯsumare mām ⁊ alterare malā cōplexionē cerebri ⁊ ꝓhibere fluxū: ⁊ debet torrefieri ⁊ poni in pāno lineo ī forma rotunda qꝛ virtus magis attinget. ¶ Notādū ꝙ ꝑ nigellā intelligit omnia alia calida et stiptica. vt est puluis talis: ℞. ligni aloes storacis calamite añ. ʒ. i. ß. nucis musca. nucis cipressi olibani costi sicci. añ. ʒ. i. nigelle torrefacte. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ ponatur in panno lineo in forma rotūda: Ad idē ī forma rotunda ꝑforetur pomum ⁊ īpleatur puluere olibani ⁊ coquatur pomū sub cineribus calidis ⁊ odoretur: ⁊ illo cōmuniter vtebatur Gerardus. Ad idē: ℞. laudani purissimi prassij añ. ʒ. i. ligni aloes storacl calamite añ. ℥. i. ß. nucis mus. nucis cipressi olibani gariofil. añ. ʒ. i. ambre electe. ʒ. ß. puluerizanda puluerizentur et subtiliter misce omnia cum aqua ros. malaxādo ⁊ fiat pomū ꝑforatū in medio. vt possit penetrare chorda ꝑ quā teneatur. Sed pro pauperibus fiat sine ambra. (Et prouocetur): Hic ponit curā ꝑ sternutationē dicens ꝙ in cura catarri. s. in mā frigida debet prouocari sternutatio: Ratio. qꝛ ꝑ eā euacuatur mā catarri ⁊ diuertitur ꝙ non fluat ad pectus. Sed que prouocāt sternutationē dicta sunt supra sepe. Ut eleborus albus piretrū euforbium: ⁊ sic de alijs ¶ Dubitat̃ vtꝝ sternutatio ꝯueniat in cura catarri. Probatur ꝙ non ꝑ Galienū secūdo pronosticoꝝ. illa parte. sternutatio vero cū reumate: Scđo ꝑ Auicen. qnta terrij. c. de catarro ⁊ corrixia. vbi dicit ꝙ est nociua. ¶ In oppositū est Rasis: Dicendū primo ꝙ sternutatio ante digestionem materie ⁊ euacuationē in catarro est nociua. hāc probāt auctoritates allegate. ⁊ ratio. qꝛ cū sternutatio sit fortis mot⁹ attrahit mām aliunde. ⁊ ponit mām in fluxu. ¶ Secundo notādū ꝙ sternutatio post digestionē materie ⁊ euacuationem est laudabilis. hoc intelligit rasis. probatur per rōnem qꝛ significat virtutis expellentis fortitudinē ⁊ non malitiā materie. (Et caueat): Hic ponit curā ꝑ decubitū: dicens ꝙ patiens debet cauere ne iaceat supinus: Ratio qꝛ timet̃ ne ꝑ illū decubitū mā fluat ad partē posteriorē. ⁊ tunc cū pars posterior non habeat manifestos meatus ꝑ quos mā fluat: timetur ne fluat ad neruos ⁊ faciat spasmum ⁊ paralisim. ⁊ ideo patiens debet stare cū capite alto. vt precipitur in actu practico ꝓpter causam dictā. ⁊ qꝛ timetur suffocatio ⁊c. (Et comedat): Hic ponit curā ꝑ dietā dicens ꝙ patiens debet comedere paꝝ: Ratio qꝛ nā non habens mām cibalem in quā agat agit in mām catarri ⁊ consumit eā: Secundo dicit ꝙ debet abstinere omnino a vino. ratio qꝛ est vaporosum ⁊ cū sit tale calidū dissoluit mām ⁊ auget catarꝝ: ¶ Notandum ꝙ in cura catarri conuenit abstinere a somno diurno. precipue post cibū. qꝛ maior fit euaporatio ⁊ retētio in capite. Similiter non debet stare ad solem nec ad ignē. Ratio quia dissoluendo materiam augent catarrum. Similiter bonum est abstinere a vociferatione et clamore et a loquella secundum possibilitatem: ¶ Secundo notandum ꝙ cibi conuenientes sunt carnes edine arietine castratorū animalium et pullorum et auium degentium in arboribus et pratis et non in aquis assando et aliquando elixando: et vitelli ouorum: Sed potus conueniens est vt bibat aquam mellis vel aquam decoctionis liquiricie isopi et mellis. vel vinum album debile in quo ponatur duplum eius de aqua ¶ Tertio notandum ꝙ post cibum et potum debet accipere aliquid claudens os stomachi probibens ascensum vaporum. vt coriandros preparatos panem assatum et citonium coctum:

¶ Almansor.

¶ Or si passio ex appositione pāni calidi alleuiata non fuerit nec minuitur per ipsā fiat flebotomia ex cephalica: ⁊ soluat̃ natura ex rebus que non exasperant sicut hec decoctio quam in potu sumere debet qui tussim patitur ⁊ in pectore asperitatem habet ⁊ indiget ventris solutione que ℞. iuiubas. xx. sebestē. xxx. passulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. x. violaꝝ siccaꝝ. ʒ. iiij. radicis ligricie fracte. ʒ. v. fic⁹ citrinas. x. coquant̃ in trib⁹ libris aque donec redeāt ad. i. ⁊ colent̃ ⁊ i colatura dissoluātur cassie. ʒ. vi. tereniabin. ʒ. x.

¶ Gillanus.

curat̄ acu nec medicinis: ⁊ propter adherētiā ad ꝑtes ocli

non pōt curari acu: Uocat̄ aūt media qn̄ talis aqua nō est
multū liq̄da nec cōgelata ⁊ talis pōt curari cū acu: ¶ No
tandū sexto ꝙ signa ad cognoscendū ꝙ cataracta sit in me
dia dispōne: Primū est sumptū ex parte coloris vel albi vt
margaritaꝝ: Scōm signū ē si patiēs pōt diminute respice
re claritatē loci: Tertiū si claudat̄ oculꝰ ifirmꝰ ⁊ fricet̄ pal
pebra aliq̄n ad sinistrā ⁊ frequenter apiat̄ post. si illa aqua
dilatet̄ ⁊ pꝰ redeat ad dispōnē primā: Quartū si claudat̄
oculus sanꝰ ⁊ pupilla ocl'i ifirmi apparet ꝙ dilatat̄. ¶ Sep
timo notandū ꝙ spēs cataracte diuersificāt̄ ex pte loci. q̄
q̄dā fit ꝓpter opilatiōē nerui. q̄ substātia oculi ⁊ color eiꝰ
nō variat̄ ⁊ vocat̄ gutta serena: Quedā fit ꝓpter opilatio
nē factā ex mā i tunicis ocl'oꝝ: ⁊ hec ē duplex: Quedā fit ex
aq̄ descēdēte q̄ nō ē ꝯfirmata aliq̄n ⁊ aliq̄n est confirmata:
Quedā fit ex materia simili aque descēdēti: ⁊ ē plus grossū
generatū i tunicis oculoꝝ ⁊ dicit̄ alchaminat. ¶ Octauo
notandū ꝙ signa aque icipiētis descēdere sunt ꝙ an̄ ocl'os
videt̄ volare aliq̄d i modū muscaꝝ: rō q̄ materia q̄ ꝑsenta
tur cristallie faciens illas spēs ē subtilis ⁊ rara: nō ⁊c. Signa
cronice ⁊ cōfirmate sunt: q̄ ꝓhibet visuꝫ. Rō ꝓpter grossi
tiē materie. Secūdo videt̄ pupilla cū aspicit̄ oppilata: Rō
ꝓpter materiā grossaꝫ: Tertio videt̄ aliq̄d eē rei extranee
i modū tele vl' pāni: habēs colorē extraneū a cornea ⁊ vuea
i pupilla ⁊ modi illiꝰ sunt plures: q̄ q̄dā ē clara: quedā ad
modū puris. Signa eiꝰ q̄ i modū puris sunt. Primo q̄n me
dicus cōmouet caput ifirmi cōmotiōe forti videt manife
ste pus ad iferiora descendere: Rō ꝓpter fluxibilitateꝫ ⁊
q̄n medicꝰ expit̄ cū acu de eleuatiōe si sit cataracta cōfir
mata descendit ad inferiora: si nō eleuat̄ ꝓpter spissitudi
nē suā absq̄ cōglutinatiōe substātie puris. ⁊ hec ē dr̄ia ma
nifesta iter pānuꝫ ⁊ pus. Signa eius que ē ꝑ oppilationeꝫ
nerui optici ⁊ dr̄ gutta serena: sunt p̄io q̄n antecessit dolor
frōtis ⁊ oculoꝝ: Rō patet. Secūdo i substantia ocl'i nō ap
paret aliqua macula imo vident̄ clari: Rō q̄ opilatio ē in
neruis ⁊ non in substantia ocl'i. ¶ Almansor.

Quandoq̄ videt̄ alicui ꝙ ante se hēat ci
mices vl' alia parua corpa subtilia ⁊ ra
diosa: Quod aliq̄n cā stomachi aliq̄n ex
ꝓprio nocumēto ipsiꝰ oculi cōtingit: ideoq̄ dif
ferētia iter hec duo cōsiderāda ē: neq̄ ꝑ paruo ē
habendū cū hoc accn̄s euenerit: Ex eo nāq̄ qd̄
cā stomachi accidit: nō ē multū timendū ꝙ ocu
lo nocumētū iferat: Ex eo vero qd̄ ex ꝓprio vi
cio oculi cōtingit valde timēdū ē hoc. n. aque pri
cipiū existit. Hec aūt passio dū recens ē ⁊ in pri
cipio cū medicinis curabilis ē: sed cū iā ad ꝑfecti
onē deuenerit sanari nō pōt nisi cū icisione ⁊ for
tasse etiā icisio prodesse non poterit. ¶ Sillanꝰ.

¶ Hic determinat de cataracta vl' aqua descendēte i ocu
lū: ⁊ diuidit̄ i q̄ttuor: Primo pōit signa cataracte icipiētis:
Secūdo docet cognoscere q̄n hec passio est curabilis ⁊ q̄n
nō: Tertio docet cognoscere quādo hec passio ꝓuenit vicio
stomachi ⁊ quādo vicio cerebri vel oculi: Quarto pōit cu
rā eius q̄ est ꝓpria oculo. secūda ibi: (Hec aūt passio). Ter
tia ibi: (Qua ꝓpter): Quarta ibi: (Cū aūt): Prima i q̄tuor
p̊ ponit curā cataracte: Secūdo pōit diuersitateꝫ ex parte
cause: Tertio ostendit ꝙ hec passio q̄n accidit nō ē ꝑuipen
denda: Et quarto pōit que sit deterior cataracta an facta
ex vitio stomachi an ex vitio oculi. secūda ibi: (Qd̄ aliq̄n).
Tertia ibi: (Neq̄ ꝑ pauco). Quarta ibi: (Ex eo nāq̄): De
prima dicit ꝙ aliq̄n alicui apparet ꝙ hēt āte se pulices. aut
alia corpa parua subtilia ⁊ supple: hoc ē signum cataracte.
rō q̄ tunc iter corneā ⁊ albugineū sunt vapores ꝛm quorū
grossitiē ⁊ subtilitatē vident̄ ab extra diuersa q̄ non sunt:
(Qd̄ aliq̄n.) Pōit diuersitatē ex parte cause dicens ꝙ hec
passio aliquādo cōtingit ex vicio stomachi: aliq̄n ex ꝓprio
nocumento oculi. subdit ꝙ iō hec dr̄ia ē cognoscēda inter
ipsam. rō pꝫ. (Neq̄ ꝑ pauco): Hic ostendit ꝙ hec passio dū
accidit nō ē paruipenda: rō q̄ ꝑ ipsaꝫ seq̄t̄ maximū: nocu
mentū i visu: s. ablatio: ⁊ deide toti corpori: (Ex eo nāq̄):
Hic ostēdit q̄ est deterior: an facta ex vitio stōachi vl' oculi
dicens ꝙ si accidat ex cā stomachi nō ē multū timendū: rō
quia ad mundificationē stomachi seq̄t̄ mundificatio illiꝰ
⁊ remotio illius: sꝫ si accidat ex ꝓprio nocumēto oculi: ē val
de timendū. Rō quia talis ꝓprie dicit̄ cataracta. ⁊ nō ita
faciliter remouet̄: (Hec aūt passio): Hic ostēdit quādo hec
passio ē curabilis cū medicis ⁊ quādo nō: Prio dicit ꝙ q̄n
hec passio ē recens: q̄ nō est cōfirmata. sed i pricipio tunc
ē curabilis cū medicinis: Secūdo dicit ꝙ quādo ē corni
ca tunc nō pōt curari nisi cū depositione cū acu. aliq̄n non.
Rō est dicta supra: ¶ Notandū ꝙ cura cū acu sic fit: Cor
pore mūdificato tēpore veris vl' autūni: recipiat̄ acus ro
tundi capitis ⁊ perforet̄ cornea a parte lachrymali minori
versus iferius ⁊ voluendo acū fit fouea i tunica ꝯiunctiua
⁊ trāsit illa acus inter tunicā vueam ⁊ corneā ⁊ caput illiꝰ
acus ascendit versus superius ⁊ trahit̄ versus iferius: ⁊ q̄n
est tracta paꝝ quiescat ⁊ postea trahat acum: deinde pōat
emplastrum super locum ex vitellis oui ⁊ oleo roꝭ: Aly
addunt crocum ⁊ patiens stet in loco obscuro: vij: diebus
oculis clausis. ¶ Almansor.

¶ Quapropter dr̄ia iter hec duo ꝑdicta diligen
ter ē inuestiganda q̄ ē ꝑut dicemꝰ. Qn̄ imagina
tiones vident̄ vtriq̄ apparere oculo extiman
dū ē hoc cōtingere ex vitio stomachi ⁊ ecōuerso
Et cū imaginatiōes i hora fastidii ⁊ i hora male
digestiōis plā solito vidērur: i hora aūt famis ⁊
laboris pautiora apparēt: existimādū ē etiā hoc
ex stōacho eē: ⁊ si ex quo iste imaginatiōes acci
derūt duo ꝑterierūt menses aut plures ⁊ i pupil
la nō fuerit visa cōturbatio: existimandū ē hoc
ex stomacho eē: q̄n aūt iste imaginatiōes sibi ag
gregate fuerint pillas cochias i potu tribue: ⁊ si
passio oīno remouet̄: iā existiationes ꝑdicte cer
tificate erunt: Si aūt vni tm̄ oculo apparuerit
⁊ vno mō i horis oībus ꝑmāserint existiandū ē
vitiū aque adesse ꝑcipue cū i pupilla non fuerit
obfuscatio: namq̄ si fuerit in pupilla dubitatio
iam tunc erit sublata. ¶ Sillanus.

¶ Hic docet cognoscere primo quando hec passio proue
nit vitio stomachi: Secundo quando vitio oculi. secunda
ibi: (Si aūt): De prima dicit ꝙ dr̄ia ē cognoscenda inter ꝑ
dicta: De scdo dicit ꝙ si apparēt ista signa. Primū si ima
ginationes ꝑdicte appareant ꝛꝫ vtrūq̄ oculū: Scdꝫ ⁊ cum
hec in hora fastidy ⁊ male digestionis appareant plus soli
to ⁊ pauciores in hora famis ⁊ laboris: Tertium postquaꝫ
ille imaginationes apparuerunt si preterea nt duo menses
vel tres ⁊ in pupilla non fuerit aliqua conturbatio visa:
Istis signis arguenduꝫ est hanc passionem eē vitio stōachi
Patet ratio signorum bene intuenti. ¶ Notādū ꝙ vltra
predicta signa additur aliud signū: si aliq̄n alleuiatur ⁊ gra
uatur tunc est ex stomacho: rō pꝫ: (Si auteꝫ): Hic docet co
gnoscere q̄n hec passio est ex vitio oculi: dicens ꝙ si ꝑdicte

imaginatiões accidāt ꝫ vnū oculū tm̄ ⁊ ꝑmaneant ī tēpoꝛ
eq̄les: ſi in pupilla nō appareat obſcuratio arguendū ē ibi
eſſe vitium aque. Subdit ꝙ ſi fuerit obſcuratio in pupilla
tunc non erit dubium. rō huius patet. ¶ Almanſoꝛ.

**¶ Cū āt paſſio in oculo ꝓpꝛia fuerit ꝓhibēdū ē
īfirmo ne cū vētoſis minuat ſanguinē nec ex bra
chio: nec comedat piſces nec omnia que hume
ctare poſſunt. ¶ Sillanus.**

¶ Ponit curā ei⁹ qñ ē ex vitio oculi: ⁊ diuidit ī duas: Pꝛio
oſtendit a q̄bus ē abſtinendū: Secūdo ꝓſequit̄ ponendo
curā. ſa ibi. (Vēter quoq̇ʒ): De pꝛia dic̄ ꝙ ſi hec paſſio fue
rit ī oculo ꝓpꝛia ꝓhibendū ē ne fiat euacuatio ſanguis cuꝫ
ventoſis vl̄ ꝑ flebotomiā ex bꝛachio: Rō q꞉ hec paſſio eſt
ex materia frigida ⁊ remouēdo ſanguinē magis īfrigidare
tur. iō ⁊c̄: Scd̄o dicit ꝙ patiens non debꝫ comedere piſces
nec alia humectantia: q꞉ ex eis magis augeret̄ materia ca
taracte. ¶ Notandū ꝙ dictū Raſis verificatur niſi quis
vellet ingroſſare cataractā vt acui ſubijciatur. ideo tunc cō
petunt piſces ſed aſſati. ¶ Almanſoꝛ.

**¶ Venter quoq̇ʒ frequēter ſoluēd⁹ ē ex pillᵘlis co
chijs. Et eger ex calefactiuis ⁊ ꝺ̄ſiccatiuis nutri
end⁹ ē. idromel p̄terea ī potu ē ei tribuēdū. Sil.**

¶ Proſeq̄tur ponendo curā ⁊ diuidit̄ in tres. Pꝛio ponit
curā ꝑ euacuationē. Scd̄o ꝑ dietā. Tertio ꝑ localia. ſcd̄a
ibi. (Et eger). Tertia ibi. (Et ī oculis). De pⁱma dicit ꝙ ca
put ē purgādū ſepe cū pillᵘlis cochys. rō q꞉ cum illᵉ materia
flegmatica euacuat̄ a capite faciens cataractam. Ad idem
valēt pillule lucis meſue. Ad idem valent pillule ſine qui
b⁹ eſſe nolo nicolai. Ad idem pillule de iera magna. ¶ No
tandū ſecūdo ꝙ añ exhibitionē pillᵘlaꝝ cōpetit ſirup⁹ dige
ſtiuus dict⁹ in: c. de ꝺ̄bilitate viſus ⁊c̄: (Et eger): Ponit cu
ram ꝑ dietam. Et pꝛimo dicit ꝙ eger debet nutriri ex cibis
calefactiuis ⁊ deſiccatiuis. Rō pꝫ: Secūdo dicit ꝙ ī potu
ē dandū idromel. Rō q꞉ vinū ē nimis vapoꝛoſuꝫ ⁊ hoc de
bet eē̄ tēpoꝛ̄ ſue curatiōis. ¶ Notandū ꝙ cibi cōuenie̅tes
ſunt carnes caſtratoꝝ pulloꝝ ꝑdicū faſianoꝝ turturū co
lumboꝝ ⁊ oīum auiuꝫ viuentiū in pꝛatis ⁊ nō ī aquis: ⁊ pl⁹
aſſata q̄ʒ elixata. comedat feniculū ⁊ ſemen eius. condiant̄
ei⁹ cibaria cū puluere q̄ ſic fit: ℞. pipis longi: ʒ. ſ. cinamomi
ʒ. ſ. cardamomi: ʒ. iii. croci: ʒ. ij. vel. i. ſ. ¶ Almanſoꝛ.

**¶ Et ī oculis ſief̄ de fellib⁹ mittend⁹. ſief̄ de fel
lib⁹ qꝺ̄ ꝓficit aque ī pꝛicipio ⁊ dilatatiōī pupil
le ⁊ eis q̄ pōſt occaſuꝫ ſolis nō vidēt ⁊ tenebro
ſitati viſus q̄ ē ex hūoꝛe: ℞. fellᵉ gruis fellᵉ ſabot
fellᵉ hircini fellᵉ ācipitris fellis aquile fellis ꝑdicis
oīuꝫ ſiccoꝝ vnū aut plura: ſumant̄ quoq̇ʒ ꝺ̄ oī
b⁹: ʒ. x. iſtoꝝ ſiccoꝝ euforbij collogntide ſapini
oīuꝫ añ: ʒ: v. trita aggregent̄ ⁊ cōſꝑgant ex ſuc
co feniculi teneri ⁊ mittat̄ ī oculū: ¶ Sillan⁹.**

¶ Hic ponit curā ꝑ localia: ⁊ diuidit̄ ī duas. Pꝛimo ī gene
rali: ſecundo ī ſp̄ali ponendo deſcriptionē quandā ſief ꝺ̄ fel
libus. ſecūda ibi: (Sief). De pꝛima dicit ꝙ ī oculis mitten
dum eſt ſief de fellibus: Ratio q꞉ habet virtutem ſubtili
andi ⁊ conſumendi materiam, ſpecialiter fel auium de ra
pina viuentium vt aquile: (Sief): Hic ponit deſcriptionē
ſief de ſeminibus ⁊ pꝛoficit in pꝛincipio aque ⁊ dilatatiōis
pupille ⁊ eis qui poſt occaſum ſolis non vident ⁊ debilitati
viſus que ex hūoꝛe eſt: ℞. fellis gruis: fellis ſaboth piſcis
fellis vrſi fellis ancipitris: fellis aq̄le: fellis perdicū: om
nium ſiccoꝛum vnum aut plura ſumantur pꝛo omnibus: ʒ.
x. iſtoꝛum ſiccoꝛum colloquintide ſerapini euforbij: omni
um añ. ʒ. i. trita aggregentur ⁊ conſpergantur ex ſucco feni
culi teneri ⁊ mittantur in oculum. ¶ Notandum ꝙ loco
huius valet collirium hoc: ℞. balſami fellis ancipitris añ:
℈. ij: electuarij albi: piperis añ: ℈ i: conficiantur cum aq̄
raphani fiat collirium ⁊ oculis inſtilletur: deinde odoret
maioꝛanam frequenter. Ad idem: ℞: fel capꝛe gruis aq̄le
vulturis, aut aliquod ex iſtis ⁊ in ſcutella vitreata miſce cū
ʒ. i. tutie: ʒ. ſ. armoniaci. ⁊. ʒ. ſ. floꝛum eris. ⁊. ʒ. i. ſalis ru. ⁊. ʒ.
: ſ. ſpume maris que omnia trita ⁊ cribellata ſint in qua mi
xtione addantur ſucci celidonie feniculi rute añ. ʒ. iiii. vini
albi libꝛam. i. hoc totum diſtilletur per alembicum: vel di
mittatur hoc totum ad ſolem per xl. dies. poſtea coletur ⁊
iterum ponatur in vaſe vitreo ad ſolem per dies quattuoꝛ
⁊ reſeruetur. Si autem non ponatur vinum: exiccatur hoc
totum ad ſolem ⁊ fit puluis ex omnibus qui teritur ſuper
marmoꝛe in fine dierum: xl: quattuoꝛ ⁊ ponitur in oculo.
hec puluis delet mirabiliter cataractam. ¶ Secundo no
tandum ꝙ raſis ponit ſi egritudo pꝛouenit a ſtomacho cu
ratur cum exhibitione oximellis ſquillitici vel compoſiti:
ʒ. ſ. aque decoctionis feniculi iſopi: ʒ. iiii: deinde cum eua
cuatione facta cum pillulis cochys vel fetidis vel aureis
de octauo in octauum cū dieta ſicca ⁊ cū potu aq̄ mellis:

¶ De noctilopis. i. ꝺ̄ illᵉ q̄ poſt occaſū ſolᵉ ñ vidēt. ¶ Sil.

Circa rubꝛicā ē notādū ꝙ aliq̄ ſūt q̄ bñ vidēt de die
⁊ male de nocte: ⁊ aliq̄ q̄ male vidēt de die ⁊ bñ de
nocte. Rō vtriuſq̇ʒ ē. nā qñ ſpūs ſūt valde ſubtiles
⁊ clari bñ vidēt de nocte ⁊ ꝓpe noctē. ſ. ꝓpe occaſuꝫ ſolis. q꞉
ſpūs aggregant̄ ⁊ cōdenſant̄ aduenie̅te nocte. ꝓcipue ē vꝫ
ī hñtib⁹ ſpūs ſubtiles ⁊ paucos. ſꝫ male vidēt de die q꞉ ra
tione lumis diei ſpūs magis ſꝑgunt̄ vt pꝫ ī cartis: ſꝫ ſpūs qñ
ſūt groſſi valde bñ vidēt de die ⁊ male nocte. q꞉ ī nocte in
groſſant̄ nimis: ī die vᵒ ſubtiliāt̄ rōne lucis diei: ¶ Scd̄o
notādū ꝙ aliq̄ ſūt bñ vidētes a lōge ⁊ male de ꝓpe ⁊ illꝺ̄ qñ
ſpūs ſunt groſſi ⁊ multi. ⁊ cā ē q꞉ tales ſpūs īdigēt multo lu
mine ⁊ magno motu: ⁊ hoc ē ī re q̄ videt̄ de lōge ⁊ nō ī re q̄
videt̄ de ꝓpe: Alij ſunt q̄ bñ vidēt ꝓpe ⁊ male longe: ⁊ hoc
ē qñ ſpūs ſunt pauci ⁊ ſubtiles: q꞉ nō ſuſtinēt magnū motū
nec magnū lumē: iō ⁊c̄: Alij ſūt q̄ male vidēt a lōge ⁊ a ꝓpe
⁊ illꝺ̄ ē qñ ſpūs ſūt groſſi ⁊ pauci: q꞉ rōe paucitatis ñ pñt ſu
ſtinere magnū lumē nec magnū motū qꝺ̄ req̄rit̄ ſi res a lō
ge ꝺ̄beat videri: ⁊ rōe groſſitiei īdiget ſubtiliatiōe q̄ fit per
magnū motū ⁊ magnū lumē: ⁊ hoc nō pōt eē̄ ſi res videat̄ ꝺ̄
ꝓpe: Alij ſūt q̄ bñ vidēt a lōge ⁊ ꝺ̄ ꝓpe: ⁊ illꝺ̄ ē qñ ſpūs ſunt
clari mlᵗi ſubtiles: q꞉ rōe claritatis ⁊ ſubtilitatᵉ ñ īdigēt ſub
tiliari: ⁊ ſi ñ īdigēt mlᵗo lumīe nec motu: ⁊ ꝑ ꝯñs bñ vident
de ꝓpe: ſed rōne multitudis pñt ſuſtinere magnuꝫ lumen
⁊ motum: ⁊ iō bene vident longinqua. ¶ Alman.

**Ad hoc vtile exiſtit epar ircinū ſcindere
⁊ ponere ſuꝑ vnā ſectionē piper lōguꝫ
⁊ coopire ipſuꝫ ex alia ſectiōe pipe lon
go ī medio exn̄te: deide ponere ipꝫ ī furno ⁊ di
mittere ipꝫ donec aſſet̄ ⁊ deſiccet̄ ⁊ nō cōburat̄
q̄uo facto pipꝫ longū qꝺ̄ ī medio erat ſumat̄ ⁊ be
ne terat̄ cū pauco muſco. ꝺ̄īn ex liquoꝛ̄ q̄ ex epa
te aſſato expꝛ̄ſſus fuerit ꝯſꝑgat̄ ⁊ ſiccet̄ ⁊ ī oculū
mittat̄. aut fel capꝛinū cū melle mixtū ī cucuma
ſuꝑ ignē coquat̄: deide radi⁹ ī eo illinit⁹ ī mittat̄
ī oculū: Qꝺ̄ aūt magis valet ad hoc ē vt ſief de
fellib⁹ ī oculū mittatur: Si aūt hec nō ſuffecerit
vēter ſoluat̄ ⁊ ſanguis ex duabus cephalicis ⁊
ex frōte minuat̄ ⁊ regimē ſubtilietur: ¶ Silla.**

¶ Hic determinat de noctilopis quantū ad curā: ⁊ diuidi
tur ī duas. Prio ponit curā ꝑ quedā localia: Secundo ostē
dit qd fiendū qn̄ p̄dicta nō sufficiūt. scd̄a ibi: (Si aūt hec)
Pria ī tres ꝭm ꝙ tria localia ponit. scd̄a ibi. (Aut fel). Ter
tia ibi: (Nō aūt magis): De pria dicit ꝙ valde vtile ē facer̄
qd̄ ponit̄ ī littera: s. scindere epar caprinū ⁊ ponere sup vnā
sectionē pip lōgū ⁊ ipz coopire cū alia sectiōe pipe ī medio
exn̄te. deiñ ponere ipz ī furno ⁊ dimitter̄ ipsū dōec exiccet̄
q̄ facto pip qd̄ ī medio erat sumat̄ ⁊ bñ terat̄ cū pauco mu/
sco deiñ ex liq̄re q ex epate assato exp̄ssus fuerit cōspgat̄ ⁊
siccet̄ ⁊ ī oculū mittat̄: ¶ Notādū ꝙ rō remedȳ ē q2 subti/
liat ꝑꝑ pip lōgū ⁊ valz q2 epar hircinū iuuat a tota ꝓprieta
te quocunq3 mō sumat̄: (Aut fel): Hic pōit aliud locale di
cens ꝙ fel caprinū cū melle mixtū ī vase sup ignē misceat̄
deīde radius eo linit⁹ mittat̄ ī oculū. Rō remedȳ ē qa fel
hz virtutē subtiliandi ⁊ mel hz v̄tutē abstergendi ⁊ acuen
di: iō ⁊c̄: (Nō aūt): Ponit curā ꝑ aliud locale dicēs ꝙ illud
plus valet: s: fief de fellib⁹ ī oculis missuz: ¶ Notandū ꝙ
ꝑ illō itelligit oīa que dicta sunt ī: c: de debilitate visus: ido
recurrat̄ ad illud ⁊c̄: (Si aūt): Hic ostendit qd fienduz qn̄
p̄dicta nō sufficiūt: Et dic̄ prio ꝙ si p̄dicta nō suffecerit oz
fieri euacuatio ꝑ secessum: Rō vt euacuet̄ materia fleg/
matica a capite que causat grossitiē ī spiritib⁹ ⁊ turbulenti
am: Scd̄o dicit ꝙ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fron
te debet diminui: Rō ad remouendū plenitudinē ī corpo/
re si sit. vnde cōicant̄ multi vapores ad oculū: Tertio dic̄
ꝙ dieta debet subtiliari: rō pz: ¶ Notandū ꝙ de cura illi⁹
qui de die videre nō pōt ē vt regat̄ dieta ipinguatiua gene
ratiua sanguinis grossi ⁊ spissi vt sunt extrema porcelloꝝ
⁊ aīaliuz ⁊ agnoꝝ: ⁊ bibat vinū rubeū n̄ dulce limphatuz.
ponat in oculo aquā roſ: mixtā cū succo solatri ⁊ gūmi ara
bico ⁊ dragagāto ⁊ psilio q2 ispissant spūm clarū ⁊ subtilez
⁊ tunicas raras ⁊ oculū reddūt robustū. Apire illos tales
ī hoc casu sepe ī aqua veri frigoris ē valde vtile: rō pz de se:

¶ De dilatatione pupille: ¶ Sillanus:

Notandū circa rubricā ꝙ pupilla idē est qd̄ foramē
tunice vuee: ¶ Notandū secūdo ꝙ in pupilla fit
duplex nocumentū Unū est dilatatio: aliud ē con/
strictio: Dilatatio ē duplex: s: naturalis ⁊ accidētalis: Natu
ralis ē a pricipio generatiōis. Accidentalis fit post genera/
tionē: ⁊ talis fit a cā extrinseca vt a casu vel ꝑcussiōe: Uel a
causa intrinseca ⁊ hoc dupl̄r vel ex ianitiōe ⁊ hoc ex fumis
malis desiccantib⁹ vueā: vel ex repletione scilicet ex hūori
b⁹ aquosis relaxantib⁹ tunicā vueā: de hac est plus sermo
Sed cōstrictio est duplex: s: naturalis ⁊ accidentalis: Natu
ralis semꝑ est ad bonū: q2 in eo virtus ē vnita. Accidētalis
est duplex: vt ex inanitione: s: cū tunica ē exiccata ī omnib⁹
partib⁹ q2 tunc partes cōtrahuntur. Uel ex repletiōe: s: ex
humore grosso exn̄te inter tunicam vueam ⁊ corneam cō/
primentē vueam ab intra: Rasis solum ponit curā de no/
cumento quod est dilatatio: quia eadem est cura dilatatio
nis ⁊ constrictionis quando fuerit a repletione. ¶ Tertio
notandum ꝙ signa dilatationis ex humiditate sunt: Pri/
mum ꝙ ipsa pupilla videtur dilata: Secundū q2 humidita
tes fluunt per oculum nares ⁊ palatum: Tertium quia ap/
parent signa humiditatis coīa in facie capite ⁊ in oculis.
Quartum q2 fit subito ⁊ non paulati: Ratio patet: Signa
eius que fit a siccitate sunt arefactio oculorum ⁊ frontis.
Secundum quia hūiditates nec apparēt nec fluūt ab ocu
lis naribus ⁊ palato: Tertium quia paulatim fit ⁊ non su/
bito: ratio patet: Signa eius que fit a dolore aut percussio
ne manifesta sunt ex variatione infirmi: ¶ Almansor:

**Cum pupilla adeo dilatari videt̄ vt vn
dique ꝓtingat ad albedinē: ⁊ fueritq3 hoc
post vehementem cephalee dolorem: parua est
habenda fiducia in eius cura:** ¶ Sillan⁹:

¶ Determinat de dilatatione pupille. ⁊ diuiditur ī duas
Primo ostendit qn̄ dilatatio pupille ē incurabilis: Secun
do ponit curam ei⁹ que ē curabilis. secunda ibi: (Sed si).
De prima dicit ꝙ vbi pupilla. i: foramē vuee dilatet̄ sic ꝙ
proueniat vndiq3 ad albedinē ⁊ contingat post vehementē
dolorē tunc parua fiducia ē habenda ī cura: ¶ Notandū
ꝙ ratio dicti ei⁹: q2 signū ē ꝙ prouenit ex sup̄flua inanitio
ne. vnde exiccate sunt humiditates ⁊ tunice oculoꝝ: Ra
tio patet: ¶ Secundo nota ꝙ si dilatatio ꝓueniēs ex do/
lore eēt in principio ⁊ non esset multū dilatata curat̄ ponē
do super oculū lentes excorticatas pistatas ⁊ mixtas cum
bolo ar. ⁊ cū puluere mirtilloꝝ ⁊ aqua roſ: ⁊ vino granato
rum ⁊ succo berberis: Ad idē ℞ solatri semꝑuiue planta/
ginis misce infundant̄ in eis ⁊ ponant̄ super oculis sepe die
⁊ nocte. Ad idē infundantur perie in aq̄ roſ. in q̄ dissoluta
sit tucia: ponant̄ sup oculum. Ad idē valet cauteriū positū
in posteriori parte capitis: s: in occipitio ⁊ in anteriori ꝓfun
dādo vsq3 ad os ⁊ spāliter post purgationē cū pill̄is de iera
conuenientibus ad dolorem capitis. ¶ Almansor:

**¶ Sed si dilatatio ꝑua fuerit: tunc assidua solu/
tionem ventris ex cochiis multotiens: ⁊ fief de
fellibus in oculos est mittendus.** ¶ Sillanus:

¶ Ostendit qn̄ dilatatio ē curabilis ponendo curā ⁊ diui/
dit̄ in duas: Primo ponit curā ei⁹ q̄ fit a cā intrinseca. scd̄o
ostendit quō se hz dilatatio pupille ꝓueniens ex ꝑcussione
q̄tū ad curam. scd̄a ibi: (Nō si pupillā): De pria dicit ꝙ si
dilatatio pupille ē parua ꝓ cura oz assiduare vētris solutio
nem cuz pillulis chochys: rō pz: Secundo dicit ꝙ in oculo
debet poni fief de fellibus: ¶ Notanduz ꝙ anteq̄ pillule
cochie dent̄ debet premitti digestiuum. ¶ Almansor:

**¶ Q: si pupillā post ꝑcussionē dilatari cōtingat
nō ē ide timēdū: q2 remouebit̄: Fiat itaq3 ēpl̄z
ex farina fabarum ⁊ camomilla ⁊ euisco cum
vino ⁊ aqua:** ¶ Sillan⁹

¶ Hic ostendit quō se habet dilatatio pupille ꝓueniēs a
causa extrinseca scilicet ex percussione q̄tum ad curam: ⁊
diuiditur in duas: Primo facit hoc. secundo ponit curam.
secunda ibi. (Fiat itaq3): De prima dicit ꝙ si contingat di/
latari pupillam post percussionem non est timendum: ⁊ ra
tionem assignat quia curabitur. (Fiat itaq3): Pōit curā di
cens ꝙ debet fieri enpl̄m ex farina fabaꝝ camomilla mix
tis cum aqua ⁊ vino: ¶ Notandū primo ꝙ hoc magis cō/
petit in processu quia abstergit ⁊ mundificat: ¶ Notāduz
secundo ꝙ hoc emplastrum repercussiuū competit in prin
cipio. scilicet tale. ℞. farie fabarum farine ordei an̄: ℥. ij. oli
roſ: ℥. s: vnum vitellū oui bene agitatum: cum succo endi/
uie misce quantum sufficit. fiat emplastrum. Ad idem aq̄
roſ. ⁊ succus solatri vel semperuiue cum albumine oui po
natur super oculum: ¶ Tertio notandum ꝙ in principio
debet flebotomari ex cephalica partis ꝯtrarie: Rō patet.

¶ De fistulis que in angulis lachrymalibus fi/
unt. ¶ Sillanus:

Notandum est. circa rubricam ꝙ fistula est vlcus
sordidum concauum exterius strictum ⁊ interius
latum cum calositate in fundo ¶ Secundo no/
tandum ꝙ fistula causatur ex humoribus male qualitatis
fluxis ad oculum in lachrymali qui humores ad oculos
fluxi corrodunt carnem lachrymalis anguli ⁊ vlcerant. de
inde generatur calositas. Uel potest fieri fistula propter
apostema cerebri non perfecte curatum: ¶ Almansor:

C Um āgulus lachrymalis resudat ⁊ cū ꝑmit̄ sanies ⁊ virꝰ ab eo egrediat̄ fistulam pati intelligitur: C Sillanus

C Determinat de fistula lachrymali: ⁊ diuidit̄ ī duas. Primo ponit signa. secundo curā. scd̄a ibi. (Que cū cauterio). De pria dicit ꝙ qñ illa signa apparuerit. Primū ꝙ angulꝰ lachrymalis resudat. Scd̄o cū ꝑmitur sanies ⁊ virꝰ ab eo egredit̄. arguimꝰ ibi esse fistulā lachrymalē. C Notandū ꝙ rō signoꝝ ē: Uerificat̄ primū q2 ī fistula ē cōcauitas interius ⁊ strictura exterius. iō nō egredit̄ virus ⁊ sanies q̄ generat̄ in fistula. nisi fiat cōpressio cū digito: C Almāsor.

C Que cum cauterio curatur: de hoc tamē loq plus est ꝙ̄ huic nostro libro attineat: C Silla.

C Hic pōit curā fistule: ⁊ diuidit̄ ī duas. Ponit prio curā p cauteriū. scd̄o p medicinā. secūda ibi. (Nos tamē). De pma diciꝰ ꝙ fistula lachrymalis curat̄ cū cauterio. Subdit ꝙ loqui de hoc nō ptinet hic. C Notandū ꝙ ī cura illa nibil ē meliꝰ ꝙ̄ cauteriū potentiale. rō statim appebit. C Almā.

C Nos tū iā ei adinuenimus medicamen qd̄ si adhibitū fuerit: ipaꝝ p multos menses adeo tardare facit vt eger sanus videat̄. Medicamē aūt illud ē: ℞. aloes thuris sarcocolle sanguis draconis balaustie antimonij aluis oiuz añ. partes equales. ziniar quantū ē quarta ps vnius fiat ex eis sief. Cūqꝫ necesse fuerit fistula ī tantū ꝑmat̄ vt qcqd saniei ī ea cōtinet̄ egrediat̄: deide infirmꝰ sup latꝰ in quo nō ē fistula iaceat ⁊ de p̄dicto sief aliqd dissoluat̄ ī aqua de qua ī āgulo lachrymali tres gutte aut q̄ttuor ītimarizēt̄ magno exn̄te iterstitio iter ꝓiectionē vnius gutte ⁊ alterius: quo facto eger p tres sic iaceat horas. In mane quoqꝫ seq̄nti die sil̄r fistula bene premat̄ ⁊ fiat eadē cura qd̄ p hebdomadā vnā fieri ꝯuenit ⁊ etiā tā diu doec a fistula nibil egrediat̄ cū ꝑmitur: Ex hac nāqꝫ cura locꝰ multis mensibꝰ siccꝰ ꝑmanebit: De curis oculoꝝ quātū huic loco necessariū eē putanimꝰ iā satis dcm̄ eē credimꝰ. Alia vero q̄ sunt de curis q̄ p ferrū exercētur dimittamꝰ: q2 multis idigēt medicamibus. Sūt āt q̄dā ex eis q̄ in locis ī qbꝰ de decoratiōe tractabimꝰ ⁊ sanitatis custodia cōtinet̄. C Sil.

C Ponit curā p medicinā ⁊ diuidit̄ ī duas. Prio facit hoc. secūdo iponit finē. Ꝭa ibi: (De curis oculoꝝ): De pria dicit ꝙ ī fistule cura iuentū ē medicamē qd̄ approxiatū sic curabit vt videat̄ sanꝰ. Scd̄o pōit descriptionē. ℞. aloes thuris sarcocolle sanguis dracōis balaustie antimony aluis oiuz añ. ptes eq̄les ziniar quātū ē q̄rta ps ipsiꝰ. fiat ex eis sief ⁊ cuz necesse fuerit fistula ī tantū ꝑmat̄ vt qcqd saniei ī ea cōtinetur egrediat̄. deiñ ifirmꝰ sup latus ī quo nō ē fistula iaceat ⁊ de dicto sief aliqd dissoluat̄ ī aqua de qua ī āgulo lachrymali tres gutte vl' q̄ttuor ꝓiciant̄. Tertio dicit ꝙ hoc dz fieri p hebdomadā sic tū ꝙ fiat oī die ⁊ ꝙ iter vnā guttam ⁊ aliā cadat spaciū. rō remedy q2 ꝯsumit ⁊ ꝯsolidat ⁊ carnē generat. C Notandū ꝙ cura fistule est duplex: quedā vera ⁊ quedā nō vera. sed blanditia ⁊ fit cōsolidando supiora quod fit per desiccatiua. ⁊ de his esset medicamen rasis. Cura vera pficit̄ quattuor intentionibꝰ. Prima intentio est aperire foramen: Secunda ē mundificare fistulā: Tertia ē remouere callositatē que est in fundo: Quarta est regeneratio carnis ⁊ consolidatio: Prima intentio perficitur iplendo foramen cum gentiana vel cum medula sambuci Secunda intentio fit cū idromelle facto cū melle roꝭ. colato ⁊ aqua rute ⁊ vino stiptico ⁊ si non habet̄ vinū stipticuz per se buliant in eo roꝭ. ⁊ si sentiret̄ ardor ex mūdificatiōe fistule distillet̄ intra fistulā albumen oui. Ad idē: fomētetur locꝰ cū spōgia ifusa ī aqua decoctiōis gallaꝝ ⁊ sumach ⁊ modico mellis: Tertia itentio pōt pfici cū cauterio. s. ferro: Similiter pōt pfici cū medicinis. ⁊ lz possint esse multe tū fiant spāliter aliqua. Prima ē: ℞. armoniaci attramēti viridis eris cantaridaꝝ: remotis capitibus ⁊ alis salis armōiaci auripigmenti calcis viue aluis añ. ʒ. i. subtiliter puluerizent̄ ⁊ icorporent̄ cū vrina pueri virginis in vmbra ⁊ desiccent̄ ⁊ ponat̄ modicū ī fistula quolꝫ mane. Ad idem. ℞. folioꝝ rute celidonie agrimonie añ. ℳ. ß. ꝯquassentur ⁊ buliant ī tribus libris aque ardētis quousqꝫ redeant ad quar. i. ß. coletur ⁊ colatura fuet̄ ⁊ vna gutta vel due iponant̄. ⁊ talis fit p gordoniū. Ad idem. ℞. ʒʒ. al. ʒ. y. ⁊ puluerizent̄ subtiliter ⁊ buliant in vase in quo sit dissolutū mel ℔. ß. vsque quo veniat ad spissitudinē vnguenti. Ad idē. ℞. olei vetustioris qd̄ possit repiri aceti vini boni veteris ⁊ electi añ ℔. y. litargiry subtiliter pulverizati ⁊ cribellati. ℔. i. coquant̄ illa simul ī cazola p diē vnā integrā donec nigruz ⁊ relucens fiat. deide de illo fiant tente ⁊ ponant̄ ī fistulis De ꝓprietate eni eradicat fistulā ⁊ desiccat. Quarta intētio q̄ ē regeneratio carnis ⁊ cōsolidatio pficit̄ sic. ℞. aloes olibani sarcocolle nutrite ī aqua feniculi subtiliter pulverizatoꝝ añ. ʒ. y. olei roꝭ. ʒ. y. cere quantū sufficit ⁊ fiat vnguētū: Ad idē. ℞. pulueris radicis ireos. C Secundo notāduz ꝙ vltra duo p̄dicta sunt alia duo singularia ī cura fistule. Primū ē potio. ℞. folioꝝ agrimonie folioꝝ rute foliorum oliue añ. ℳ. y. cōquassent̄ ⁊ buliat ī ℔. iiii. vini albi ad cōsumptionē vnius ℔. colet̄ ⁊ colatura admistret̄. Ista etiaꝫ potio curat omnē fistulā cōtimiata ī quocūqꝫ loco fuerit. Ad idē. colligat̄ agrimōia cū oratiōe dn̄ica portet̄ ad collū ⁊ curat fistulā. (De curis): De curis oculoꝝ q̄tū fuerit necessariū dictū ē. Secundo dicit ꝙ alia q̄ debent curari per ferrū ⁊ p cirurgiā hic dimittant̄: Tertio dicit ꝙ quedā ex eis sunt q̄ continent̄ ī his que dicta sunt de decoratiōe ⁊ d̄ cōseruatione sanitatis. C Notandū ꝙ lz Rasis nō dicat d̄ dieta debꝫ tamen abstinere a salꝭ acutis ⁊ mlcis ⁊ flegmaticis ⁊ vino forti ⁊ aceto. ratio patet.

C De dolore qui fit in aure. C Sillanus.

C Irca rubricā ē notandū ꝙ triplex ē nocumētū qd̄ fit ī aure: siue actio lesa auris ē triplex. s. diminuta ablata ⁊ corrupta. Diminuta est quando pcipit̄ sonus sicut ē sed diminute ⁊ ē qñ non audit nisi fortiter clamantē. Ablata ē qñ nullus sonus pcipit̄: ⁊ vocat̄ surditas Corrupta est quādo pcipit̄ sonus extra qui nō est. ⁊ sic pcipitur obiectū aliter ꝙ̄ est. vel quādo corrūpit̄ bona proportio ad obiectum vt in sono horribili. vl' quādo corrūpit̄ bona cōpositio mēbri vl' bona cōplexio vl' bōa vnio. C Secundo notandū ꝙ causa doloris auris ē duplex: s. mala cōplexio ⁊ solutio cōtinuitatis. Mala cōplexio ē duplex. quedam est cū materia ⁊ quedā est sine materia vt caliditas frigiditas ⁊c. Mala cōplexio cū mā faciēs dolorē auris ē duplex. quedā a causa extrinseca vt frigore vl' vento: quedā causatur a causa intrinseca: ⁊ hec est duplex. q2 quedam est cum apate. ⁊ q̄dam sine apate. Sine apate potest fieri ex quolibꝫ hūore: s. ex sanguie colera flegmate ⁊ mlia ⁊ sil̄r cū ventositate. Sꝫ cū apate vl' calido vl' frigido. sed solutio continuitatis est duplex. quedam causatur a causa extrinseca. vt a casu vel percussiōe. quedā a causa itrinseca: ⁊ h̄ ē duplex: q2 q̄dā cātur ex vētositate ibi exn̄te: vt ī tinitu

vel sonitu: quedam a malo humore cor rodente. Tertio notãdũ ꝙ signa doloris auris ꝓuenietis a causa extrinseca habẽt ex relatiõe ĩfirmi: Signa doloris auris ex caliditate sine materia sunt: qꝛ prio sentit̃ calor. scdo qꝛ leditur a calidis. tertio ẽ leuitas: Rõ pꝫ: Signa qñ fit a frigiditate sine materia sunt: qꝛ prio sentit̃ frigiditas. secũdo qꝛ ledit̃ a frigidis: Tertio est leuitas auris: rõ patet: Signa qñ fit a sanguine sine apate sunt rubedo faciei grauitas capitis ⁊ frontis pulsatio vehemẽs. ĩflatio venaꝝ tẽpoꝝ ⁊ frõtis. sensatio saporis rei dulcis ĩ lingua sine ꝑsentia eiꝰ: Signa qñ fit a colera sunt dolor acutus mordicatiuꝰ: citrinitas faciei ⁊ loci: amaritudo lingue. et vomitꝰ colericus: Rõ patet. Signa quãdo fit a flegmate sine apate sunt dolor remissus grauitas capitis: fuscedo ⁊ albedo faciei ⁊ loci ⁊ insipiditas lingue: rõ pꝫ: Signa qñ fit a mlĩa sine apate sunt dolor capitis aggrauatiuꝰ: fuscedo faciei ⁊ loci ĩsipiditas ligue. rõ pꝫ Signa qñ fit ab apate sunt dolor subito adueniẽs ⁊ febris rõ pꝫ: Signa qñ fit ab apostemate colerico sunt dolor ĩtollerabilis ꝑducẽs aliqñ ad frenesim ⁊ pũctura cũ mordicatiõe ⁊ vigilys. ĩgetudo ⁊ mala tollerantia patiẽtis. sitis ⁊ febris acuta: Signa qñ vẽit ab apate flegmatico sunt febris lẽta dolor grauatiuus dolor remissus. ratio patet: Signa quando fit a solutione continentis sunt quia venit cũ punctura ⁊ mordicatione: dolor auriũ fortissimꝰ. rõ pꝫ: ¶ Al.

Si cũ dolore q̃ fit ĩ aure fuerit ĩ facie ĩflatio ⁊ pulsatio: ex cephalica erit minuendus: ⁊ oleũ ro: ⁊ oleũ de floribꝰ salicis tepidũ cũ pauco aceto ẽ ĩmittẽduꝫ: lac quoque ita calidũ vt ex mãmilla egredit̃ ĩmittẽduꝫ erit multotiẽs: Uẽter ꝓterea ex mirobal. citrinis ⁊ scamonea ⁊ aloe vehemẽter soluat̃: qꝺ h̃ modo fit: ℞ mirobal: citri: ʒ: xx: ⁊ pulueri̇zate ĩ duabꝰ lb: aque coquant̃ donec ad duas tertias vnius lb: redeãt: ⁊ colent̃. pꝰ h̃ sumãt aloes: ʒ: i: scamonee: vi: ps: ʒ: vniꝰ: aggregent̃ cõ rob de citoniis ⁊ fiat ex eis pille q̃ ꝑ duas horas añ ꝺcoctionez sumãtur: deiñ bibat̃ decoctio: ꝙ si dolor nõ quieuerit parum opij in oleo ros. resoluti in aurem mittatur. ¶ Sillanus.

¶ Determiat de dolore q̃ fit ĩ aure ⁊ diuidit̃ ĩ duas: Prio ponit curã eiꝰ q̃ fit ab hũorali materia: Scdo eiꝰ q̃ fit ex vẽtositate: secũda ibi: (Si ãt cũ). Pria ĩ duas. prio põit curaꝫ eiꝰ q̃ fit a materia calida. scdo eiꝰ q̃ fit a mã frigida: scda ibi (Cũ ãt dolor). Pria ĩ duas. ꝑmo ponit curã a materia calida ꝓueniẽte sine apate: Scdo põit curã eiꝰ qñ fit cũ apate. secũda ibi. (Et si pulsatio): Pria ĩ duas. ꝑmo põit curã qñ dolor ẽ debilis. scdo qñ dolor ab apate calido ẽ fortis: scda ibi. (Qꝫ si dolor): Pria ĩ duas. qꝛ ꝑ põit curã ꝑ flobotomiam. scdo ꝑ medicinã laxatiuã. secũda ibi: (Uẽter ꝓterea): Pria ĩ duas. prio fac̃ h̃. ꝭo põit curã ꝑ localia: zᵃ ibi (Et olꝫ ros.): De pria dic̃ ꝑmo ꝙ si cũ dolore q̃ fit ĩ aure appareãt illa signa. Primũ ĩflatio: secũdũ pulsatio: arguẽdũ ẽ ꝙ fit a sanguie: Secũdo dicit ꝙ ĩ tali casu dꝫ fieri flebotomia a cephalica. ¶ Notãdũ ꝙ ratio signoꝝ pꝫ: sꝫ rõ remedii ẽ qꝛ ꝑ flebotomiã factã ex cephalica euacuat̃ sãguis faciẽs malã ꝯplõnez siue dispõnez: ⁊ dꝫ fieri flebothomia ex cephalica eiusdẽ partis qñ ĩtẽtio ẽ euacuatio: sꝫ de cephalica cõtrarie ꝑtis qñ ĩtentio ẽ diuersio. (Et oleũ): Hic põit curã ꝑ localia ⁊ ꝑmo dicit ꝙ oleũ ro: ⁊ oleũ ꝺ salicibꝰ cũ pauco aceto ĩ aurẽ ẽ mittendũ: Secũdo dicit ꝙ lac calidũ vt extrahit̃ de mãmilla sepe auribꝰ ẽ ĩstillandũ. rõ vtriusqꝫ pꝫ qꝛ habent remouere malã ꝯplõnẽ calidam: ⁊ per consequens sedat̃ dolorẽ: q̃re ⁊c̃. ¶ Notandũ ꝙ ad idẽ valet iniectio albuminis oui bene agitati. Ad idẽ valet oleuꝫ viol. cũ modico camphore. ¶ Secundo notandũ ꝙ ad ĩiectionẽ que fit ĩ aure reqrit̃: Primo ꝙ illud qꝺ inycit̃ nõ sit frigidũ. qꝛ oẽ frigidũ ẽ inimicũ nature. Itẽ ꝙ nõ sit calidũ qꝛ resolueret ⁊ calorẽ ⁊ aerẽ cõnaturalẽ auri: Secundo reqrit̃ ꝙ inyciat̃ in parua quãtitate qꝺ est ne remaneat aliq̃d intra. Tertio ꝙ stet modico tp̃e qꝛ non debet stare vltra tres horas ne illa hũiditas corrũpatur: Quarto anteq̃ꝫ vnũ iniiciat̃ aliud expellat̃: Quinto ꝙ ad hoc vt illud qꝺ inicit̃ ĩ aurẽ moretur patiens iaceat supra partẽ sanaꝫ: ¶ Terto notandũ ꝙ ante q̃ꝫ aliq̃d inyciat̃ corpus sit mũdificatũ bene dicit ꝓpter ꝑiculũ ⁊ cõiter fit oppositũ ⁊ potiꝰ ꝓcedendũ ẽ cũ suffumigatiõibus ⁊ emplr̃is. (Uẽter.) Ponit curã ꝑ medicinã laxatiuã dicẽs ꝙ dꝫ fieri euacuatio cũ mirobal. citrinis cũ scamonea ⁊ aloe: Secundo põit discriptionẽ que talis est: ℞ mirobal. citrinoꝝ: ʒ: xx: pulueri̇zent̃ ⁊ ĩ lb. ij. aque coquant̃ donec redeat ad duas tertias vniꝰ lib. colent̃. postea sumatur aloes: ʒ: i: scamonee sexta pars vniꝰ: ʒ: corrigat̃ cũ rob ꝺ citonys ⁊ fiãt ex eis pille que ꝑ duas horas ante potionẽ sumant̃: Uerũ ẽ ꝙ tal. practica nõ ẽ in vsu: ¶ Notanduꝫ ꝙ dictũ Rasis maxie verificat̃ qñ materia ẽ calida colerica: Ratio ẽ q̃a hec medicia euacuat colerã: ¶ Scdo notãdũ ꝙ ad idẽ valet euacuatio facta cũ aqua decoctiõis prunoꝝ tamarindoꝝ mane ⁊ similiũ. vel cuꝫ aqua decoctiõis prunoꝝ ⁊ reubarbari. Tertio ad idẽ valent clisteria lenitiua ⁊c̃. (Qꝺ si dolor): Ponit curã quãdo dolor est fortis dicẽs ꝙ nisi dolor quieuerit paꝝ opy ĩ oleo ro: dissoluti debꝫ poni ĩ aure. Ratio q̃a stupefacit ⁊ remouet dolorẽ: quia remouet sensationem ⁊ est cura periculosa: ¶ Almansor.

¶ Et si pulsatio redierit ⁊ tribꝰ diebꝰ ꝑseuerauerit oleũ sisaminũ ĩ quo anat̃ aut galline adeps fuerit resolutꝰ ĩ aurẽ sepe mittat̃: ibi nãq̃ꝫ ẽ pustula que maturatione indiget: ¶ Sillanus.

¶ Ponit curam prouenientis ex apostemate calido. ⁊ diuiditur in duas. primo facit hoc. secundo docet cognoscere quando est generata sanies: secunda ibi: (Cum autem dolor): De prima dic̃ ꝙ si pulsatio redierit ⁊ durauerit tribus diebus oleum sisaminum ĩ quo adeps galine fit dissolutus vel anatis sepe in aurem inyciatur: Uerificat se: quia ibi est pustula que indiget maturatione: ¶ Notandum ꝙ in dolore auris ex apostemate sanguineo primo conuenit euacuatio per flebotomiam ex cephalica in brachio vel manu: vel ventosatio in collo ⁊ in spatulis. deinde euacuatio cum medicinis statim dictis: ¶ Secundo notandum ꝙ medicine apostematum auris differunt ĩ duobus a medicinis aliorum apostematum: Primo in repercussiuis. nõ enim competunt repercussiua ne materia repercutiatur ad cerebrum: Secundo in maturatiuis quia maturantia aliorum debent esse calida ⁊ humida potentia: sed illud auris debet esse parum siccum cum caliditate ⁊ humiditate secundum galienum: sexto de ingenio sanitatis secundo capitulo. ¶ Notandum tertio ꝙ quando est pulsatio: signum est ꝙ ibi est generatio saniei: nam in generatione saniei fit ebullitio ⁊ per consequens pulsatio ⁊ ꝓ tanto competit medicamen maturatiuum dictum. Ad idem potest fieri hoc emplastrum: Recipe farine subtilis furmenti q̃rtam: ʒ: mucillaginis seminis lini fenugreci: ana: ʒ: ʒ: pinguedinis anguille dum assatur litargiry ceruse olibani ana: ʒ: ʒ: pulueri̇zentur aceti: ʒ: i: ʒ: olei sisamini quantum sufficit pinguedinis anatis: ʒ: i: ʒ: fiat emplastrũ mediocriter liq̃dũ ⁊ potest applicari ad extra ⁊ põt põi ĩ aure. Ad idẽ: ℞: radicis maluauisci numero: vij: decoquant̃ ⁊ extrahatur ab eis

lignũ quod ĩ medio existit ꝛ icidat̃ frustatĩ:postea cõtun
dant̃ cũ pilo ꝛ icorporẽt̃ cũ farina fenugreci ꝛ seis lini ꝛ bu
tiro ꝛ seis aneti.ꝛ flore camõille ꝛ fiat empl̃m.Ad idẽ:℞.
mucilagis maluauisci seis lini seis fenugreci an̄.ʒ.iij:icor
porent̃ cũ cepe lily cocto ꝛ cũ.ʒ.i.seis aneti ꝛ cũ.ʒ.ij.floꝝ ca
momille.ꝛ.lb.ß.butiri ꝛ fiat empl̃m ꝛ ponat̃ supra aurẽ ca
lidũ. ¶ Quarto notandũ ꝙ si fuerit apã frigidũ qꝛ rat̃ nõ
põit curã:Prio cerebꝝ dꝫ purgari cũ pill̃is cochus:ꝛ si cor
pꝰ fuerit plenũ pꝰ purgationẽ fiat flebothomia de cephali
ca vel vẽtosatio ĩ spatulis ĩtra aurẽ ponat̃ oleũ de spica ca
lidũ:vl̃ oleũ de amigdalis amaris supra aurẽ ponat̃ empl̃ꝫ
qꝺ sic fit.℞.capita allei cocta nũero q̃ttuor ꝛ cepas coctas
ĩ prunis vel ĩ igne q̃ttuor:pistent̃ pfecte postq̃ꝫ mũdate fue
rint ꝛ icorporent̃ in.x.vel v.vitell̃.ouoꝝ ꝛ.ʒ.iiii.butiri vel
axũgie porcie.Ad idẽ:℞.absinthy cocti ꝛ cõtusi:lb.ß:ꝛ in
corporẽt̃ cũ mucilagie seis lini ꝛ fenugr:cũ.ʒ.iiii.mell̃:ꝛ cũ
capitibꝰ q̃ttuor allei cocti põat̃ sup aurẽ.ẽ.n.bonũ: ¶ Al.

¶ **Cum autem dolor quieuerit putredo iaꝫ tũc collecta erit:ideoq̃ꝫ pus subito ex ĩsperato ꝺ aure egreditur:** ¶ Sillanus.

¶ Docet cognoscere qñ sanies ẽ generata dicens ꝙ vbi do
lor geuerit tũc sanies est generata:ꝛ signũ est ꝙ postea su
bito egrediet̃ de aure. ¶ Notãduꝫ ꝙ facta sanie remittit̃
dolor:qꝛ remittit̃ ebullitio ĩ materia ꝛ solutio cõtinuitatis
nõ fit magna:ꝛ pp hoc dicit afforismꝰ ꝭe particule:Circa ge
neratione saniei dolores ꝛ febres magis accidũt ꝛc. ¶ Al.

¶ **Cũ ãt dolor ĩ aure fit post fastidiosaꝫ satietatẽ:aut post vẽtos frigidos :olꝫ ĩ quo ruta aut cepe cocte fuerit ĩ aure distillet̃:Et si hoc nõ suffecerit oleũ ĩ quo turbith coctũ fuerit distillet̃.aut oleũ ꝺ lilio sumat̃ ꝛ cuiq̃ꝫ:ʒ:i:ex ea misceat̃ euforbij recentis:ʒ.i.castorei:ʒ.i.** ¶ Sillanꝰ.

¶ Ponit curã doloris facti a materia frigida.ꝛ diuidit̃ in
duas.Prio ponit curã p localia:Secũdo p euacuationẽ.se
cũda ibi:(Sed si hoc):Pria ĩ tres ꝭm ꝙ tria localia põit.se
cũda ibi:(Etsi hoc):Tertia ibi:(Aut oleũ):De pria dicit ꝙ
vbi dolor pũenit ĩ aure post fastidiosã satietatẽ:aut vẽtos
frigidos oleũ ĩ quo ruta:aut cepe cocte fuerit distillet̃ ĩ au
rẽ.rõ qꝛ calefacit ꝛ cõsumit materiã ꝛc:(Et si hoc):Ponit
ꝭꝫ locale dicẽs ꝙ si pdictũ nõ sufficiat oleũ ĩ quo coctũ fue
rit turbit dꝫ distillari ĩ aurẽ:rõ qꝛ nõ solũ cõsumit imo etiã
euacuat materiã:(Aut oleũ):Ponit tertiuꝫ locale dicens
ꝙ sumat̃ oleũ ꝺ lilio ꝛ vnicuiq̃ꝫ:ʒ.i:de eo misce euforby re
cẽtis:ʒ.i:ꝛ castorei:ʒ.i.ratio qꝛ resoluit ꝛ cõsumit materiaꝫ
¶ Notãdũ ꝙ ĩter alia succus fraxini ita ꝙ ponat̃ in vna
petia magna supra ignẽ ꝛ qꝺ distillabit valꝫ:Ad idẽ succus
rute cũ modico mell̃:Ad idẽ oleũ cologntide valet: ¶ Al:

¶ **Sed si hoc nõ suffecerit vẽter ex pill̃is chochijs soluat̃.patiẽs quoq̃ꝫ balneũ ĩgrediat̃ ĩ quo sudet:vinũ quoq̃ꝫ vetꝰ ꝛ forte eĩ tribuat̃:** ¶ Sil:

¶ Põit curã p euacuationẽ ꝛ diuidit̃ ĩ tres:Prio ponit
curã p euacuationẽ.scðo p balneũ:Tertio p potũ.secũda
ibi:(Patiẽs quoq̃ꝫ):Tertia ibi:(Uinũ quoq̃ꝫ):De pria di
cit ꝙ si pdicta ñ sufficiãt:vẽter cũ pill̃is cochys dꝫ euacua
ri:Rõ qꝛ signũ ẽ ꝙ ibi sit materia que nõ põt cõsumi cũ p
dictis:sꝫ pill̃e cochie euacuãt pdictã mãm: ¶ Notãdũ ꝙ
ante approximationẽ dictaꝝ pill̃aꝝ dꝫ approxiari digesti
uum dictuꝫ in cura doloris capitis pũenientis a flegmate
(Patiens):Põit curã p balneũ dicẽs ꝙ vinũ forte ꝛ anti
quũ dꝫ exhiberi: ¶ Notãdũ ꝙ hoc cõuenit facta euacua
tiõe.rõ qꝛ resoluit tũc ꝛ cõsumit residuũ materie ꝛ remouet
malã cõplexionẽ frigidã:sꝫ ante euacuationẽ nõ cõueniret
qꝛ dissolueret mãm ĩ capite:sꝫ tũc cõpetit aq̃ mell̃: ¶ Al

¶ **Si ãt cũ dolore auris sonitꝰ ꝛ tinitꝰ fuerint atq̃ꝫ vẽtositas panicũ siue miliũ ĩ sartagie torre factũ calidũ multotiẽs supponat̃:Auris quoq̃ꝫ sup vaporẽ aque ĩ qua sint cocta mẽtastrũ ꝛ sticados arabicꝰ ꝛ sansucꝰ teneat̃:De castoreo p̃terea ꝛ euforbio ĩ oleo sãbacio dissolutis quorum vnumquodq̃ꝫ quattuor.g̃.ordei ponderis in aurem mittatur.** ¶ Sillanus.

¶ Ponit curam quando dolor auris prouenit a ventosita
te:ꝛ diuiditur in tres secundũ ꝙ tria ponit localia.secũda
ibi:(Auris quoq̃ꝫ):Tertia ibi:(De castoreo):De prima di
cit ꝙ si cum dolore auris sit sonitus ꝛ tinnitus ꝛ vẽtositas
tunc panicum vel milium assatum in sartagine super aurẽ
debet poni: ¶ Notandũ ꝙ panicum vel milium assat̃ vel
torrefit vt aliqua humiditas resoluatur:ꝛ tũc ratio reme
dy est:quia hoc calefactorium est exiccatiuũ:ideo ꝛc.Ad
idem valet calefactoriuꝫ ex furfure ꝛ sale mixtis ꝛ calidis
Ad ideꝫ valet sacculus factus ex bethonica sicca:(Auris
quoq̃ꝫ):Ponit localia dicens ꝙ auris debet poni supra va
porem aque in qua cocta sint mentastrum sticados arabi
cum ꝛ sansucus:rõ qꝛ talis suffumigatio est causa resolutio
nis ventositatis:(De castoreo):Ponit curam per aliud lo
cale:dicens ꝙ de castoreo ꝛ euforbio quantum ponderant
quattuor grana ordei debent poni in oleo sambacino ꝛ dis
solui ꝛ in aurem poni:Ad idem oleum de aneto in quo ca
storeum sit dissolutum aut euforbium:Ad idem oleũ nar
dinum ꝛ omnia ista olea:s:oleum sansuci:oleũ de ruta:ole
um camomille:oleum de amigdalis amaris:oleum aneti
num:oleum laurinum:oleum de psilio:oleum de narcisco.
oleũ de pscis:oleuꝫ de crisomillis:oleũ de ben:oleũ ꝺ ker
ua oleũ pugillinũ.oleũ de cinamomo oleũ ꝺ nucibꝰ ꝛc.

¶ De vlcere quod fit in aure. ¶ Sillanus.

Notandum circa rubricam ꝙ causa vlceris est tri
plex:Una est apostema ex cuius ruptura sanies re
mansit in aure ꝛ per consequens vlcus:Secunda ẽ
humiditas superflua descendens a cerebro ad aurem que
digeritur a natura ꝛ ĩ saniẽ ꝯuertit̃:Tertia ẽ debilitas vir
tutis ĩmutatiue auris nõ potẽtis cõuertere nutrimentũ in
sui naturã ꝛ remanet hũiditas ꝛ fit sanies. ¶ Scðo notã
dũ ꝙ signa vlceris ĩ aure sunt dolor acutꝰ cũ acuitate:ꝛ gra
uedine ꝛ fetor ꝛ ꝙ sanies egredit̃ a loco:rõ patet. ¶ Al.

Cum pus ab aũre egreditur idromel tepidum multotiens in vna die in aure ẽ distillandum:Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est ĩmittendũ:qꝺ recipit sarcocolle aloes ꝛ sanguinis draconis thuris squame ferri ziniari omnia in aceto dissoluãtur ꝛ in aurem mittantur aut licinium melle illinitum in predictis intingatur ꝛ sic ĩmittat̃:patiens itaq̃ꝫ ex hoc medicamine ꝛ idromelle medicetur donec sanus sit. ¶ Sillanus.

¶ Hic determinat de vlcere auris ponendo curam:ꝛ di
uiditur in duas:Primo ponit curam per medicamen mũ
dificatiuum Secundo per medicamen consolidatiuum.
secũda ibi:(Deinde hoc):De prima dicit ꝙ vbi sanies egre
diatur ab aure multotiens idromel tepidum ĩ vna die est
auribus instillandum. ¶ Notandum ꝙ auris potest mun
dificari a sanie dupliciter:Primo cum applicatis ad ĩtra.
Primũ ẽ idromel:Scðꝫ est succus folioꝝ oliue cũ melle.ꝛ
dicit auic:ꝙ ẽ vltimũ:Tertiũ ẽ aq̃ ꝺcoctiõis pisciũ salsorũ.

Quartū ē vinū decoctiōis bethōice. Quītū ē succ⁹ ꝑpenta-
rie cū melle: Scḋo pōt mūdificari cū applicatis ad extra
trahētib⁹ saniē: Et vna descriptio ē hec: ℞. galbani. ʒ. ij. ar-
moniaci terbētie cere an. ℥. ß. ꝑapi. ʒ. ij. succi cepe. ʒ. i. ß. myr
rhe castorei an̄. ʒ. i. puluerizāda puluerizent̄ misce oīa ma-
laxādo cū oleo laurio ad modū ceroti. (Deiñ hoc): Hic po
nit curā ꝑ medicamē cōsolidatiuū dicēs ꝙ post mūdifica-
tionē dꝫ fieri tale medicamē: ℞. sarcocolle aloes sanguis
dracōis squame ferri: ziniar: thuris. oīa ī aceto dissoluāt̄ ⁊
ī aurē mittant̄: aut liciniū melle illinitū ī ꝑdictis imergat̄
¶ Notandū ꝙ si sanies ⁊ vlc⁹ ꝓueniant a mā calida cōpe
tit tale cōsolidatiuū. ℞. squame ferri frixe ī sartagie extin
cte quiqes ī aceto acetū inouādo. ʒ. ij. olei roſ. q̄rtā. i. aceti
ʒ. vii. cere. q. sufficit. fiat vnguentū ⁊ tenta īfusa auri īpona
tur. vel buliat ī oleo roſ. ⁊ modico aceti ⁊ de collatura mit
tat̄ ī aurē vna gutta ī die. Si materia fuerit frigida ꝯuenit
tale cōsolidatiuū. ℞. myrrhe. ʒ. ij. castorei aloes an̄. ʒ. ß. olī
laurini q̄rt. ß. aceti. ℥. v. cere quātū sufficit ⁊ fiat vnguentū.
Si āt sit facta fistula ī aure ꝓyciat̄ fel thauri cū vrīa pueri
virginis. vel vinū d̄coctiōis olibāi albi. ⁊ illḋ exꝑtū ē. ℞. vi
ni rubei mell̄ an̄. ℥. ß. ellī. al. ʒ. i. ß. misce ⁊ tēta ī eo īfusa ī au
rē mittat̄ vl̄ ea que dicta sunt ī fistula oculi valent. ¶ Se
cūdo notandū ꝙ sepe purgat̄ vlc⁹ auris omne siue nouuꝫ
siue antiquū fuerit cū vnguēto apostoloꝝ iuuat.

¶ De sonitu ⁊ tinnitu. ¶ Sillanus.

Circa rubricā est notādū ꝙ instrm̄ audit⁹ ē duplex
quoddā est descendēs a cerebro ad aurē spūm de-
ferens aīalē: ⁊ dicunt̄ nerui auditiui. Quoddā ē re
cipiens ⁊ est auris cū aere existēte cōnaturali in ea. ¶ Se
cūdo notandū ꝙ sonit⁹ ⁊ tinnit⁹ ē cōmotio aeris cōnatu-
ralis ī aure exn̄te ⁊ ē corrupta actio audit⁹: q̄ꝛ ꝑcipit̄ extra
esse qḋ nō ē. ¶ Notandū tertio ꝙ cā sonit⁹ ⁊ tinit⁹ aut est
exterior: aut iterior. si exterior sic ē oē illud qḋ mouet aurē
violenter ⁊ cū ipetu sicut vent⁹ reclusus vomit⁹ cursus la
boriosus circūuolutio crapula ebrietas multiplicatio cibo
rū idigestibiliū casus fames angustia ⁊ silia. Si cā sit itrin
seca cā est ꝓpinqua aut remota. si remota: sic est crisis aut
hūores ascendētes a stomacho aut a toto corpore: si ꝓpin-
qua aut est ꝓpter claritatē sensus q̄ꝛ spūs ē siccus ⁊ neruus
aut ꝓpter d̄bilitatē capitis aut corꝑis aut ꝓpter vaporem
grossū ⁊ ventosū q̄ ꝑcutit aerē generalē ī aere. ¶ Quarto
notandū ꝙ signa sonit⁹ ⁊ tinit⁹ a cā extrīseca sunt nota ex
iudicio patientis: Signa qñ ꝓuenit a cā remota. vl̄ ꝑ cōita
tē sunt q̄ venit cū īterpellatione ⁊ sentit̄ alteratio a mem
bro cōicante: Rō patet: Signa vero ꝑ causā ꝓpriā ⁊ ꝓpin
quā sunt q̄ꝛ venit cōtinue ⁊ ī alys mēbris nō est nocumētū
Signa qñ fit ꝓpter d̄bilitatē nerui auditiui vl̄ capitis sūt
q̄ꝛ oīs sonus ledit īfirmū ⁊ nō audit nisi sonos bene fortes
⁊ distinctos: Signa qñ fit ex acuitate sensus audit⁹ sunt
q̄ꝛ fortificant̄ ⁊ īfestat plus tēpore ieiunij ⁊ post repletionē
minus ledit. ⁊ quelibet causa parua occurrens sentit̄. Si-
gna ei⁹ q̄ fit a ventositate sunt q̄ꝛ sentit̄ ascensus ⁊ descen-
sus sicut cū bulit mustū: ⁊ si ventositas vergat ab hūidita-
te videt̄ sibi ꝙ pluat: ⁊ si vergat ad grossitiē videt̄ son⁹ vni
us molendini. si ad siccitatē videt̄ sibi q̄si sonus arboꝝ cū
frangunt̄. Signa ei⁹ q̄ fit ex repletione capitis sunt q̄ꝛ acci
dit post stricturā ventris ⁊ post repletionē nauseatiuā. Rō
pꝫ. Est grauitas capitis ⁊ debilitas auditus. ¶ Alman.

Hec fortasse qñꝫ cōtigit ex subtilitate sē-
sus audit⁹ ⁊ ei⁹ claritate cui⁹ signū ē ꝙ
ī tēpore famis auget̄ ⁊ ī hora sacietatis
⁊ ebrietatis minuit̄ q̄ ꝓpria ñ idiget cura nisi su
ꝑfluitatē obtieat. Tūc. n. d̄ opio dissoluto ī olō
imittēdū ē q̄ꝫtū duo g̃na ordei pōderāt. ¶ Sil.

¶ Hic determinat de sonitu ⁊ tinitu vl̄ tremitu. ⁊ diuidi
tur in duas: Primo pōit curā qñ ꝓuenit ex subtilitate au-
dit⁹. Secūdo qñ ex ventositate. secūda ibi. (Si aūt): Pri-
ma in duas: Primo pōit signū distinctiuū qñ ꝓuenit a sub
tilitate audit⁹: secūdo pōit curā. secūda ibi. (Tūc. n.) De ꝑ
ma dicit ꝑmo ꝙ sonit⁹ ⁊ tinnit⁹ aliquando cōtingunt ex de
bilitate sensus audit⁹ ⁊ claritate. Rō q̄ꝛ q̄libet parua cau-
sa occurrēs sentit̄. Scḋo pōit signū distinctiuū dicēs ꝙ tē
pore famis auget̄: Rō q̄ tūc nō impedit̄ ꝓpter fumosita
tē sꝫ tēpore repletiōis diminuit̄. rō q̄ꝛ tunc aliq̄ vapores as
cendentes reddūt organū auditus magis obtusū: Tertio
dicit ꝙ talia nō indigent ꝓpria cura nisi superfluāt: (Tūc
enīꝫ). Hic pōit curā qñ ꝓuenit ex acuitate sensus dicens ꝙ
de opio q̄ꝫtū ponderāt duo grana ordei ī oleo ē ponendū ⁊
ī aurē mittendū. rō q̄ꝛ igrossat spūm audit⁹ ⁊ remouet sen
sum mēbri. hoc tñ ē ꝑiculosuꝫ. ¶ Notādū ꝙ loco dicti re-
medij valet hoc. ℞. opii. gra. i. castorei gra. i. misce in aceto
⁊ due gutte ponāt̄ in aurē. Ad idē oleū coctū cū seīe papa-
ueris ⁊ mirtilloꝝ distillet̄ ī aurē. ¶ Notandū ꝑo ꝙ dieta
ī tali ē vt comedat lactucas portulacas ⁊ cucurbitas farrū
farie ordei ⁊ hauene cōditā cū agresta ⁊ rizum: De potib⁹
ē vinū liphatū cū aq̄ decoctiōis berberis vel aqua granato
rū vl̄ aq̄ d̄coctiōis sumach ⁊ agresta. ¶ Almansor.

¶ Si āt hec cū grauedie capitis ⁊ audit⁹ d̄bili
tate affuerit: oleū d̄ semie raphāi ⁊ oleū d̄ amig
dalis amaris ⁊ oleū roſ. ī quo castoreū fuerit re
solutū sūt imitēda. auris quoq̄ꝫ supponēda ē va
pori aque ī qua sansuc⁹ sticados arabicū absin-
thiū mētastrū origanū cocta sint. Et venter mul
totiens ex pillulis chochiis ē soluēdus. Et ciba
ria minuenda ⁊ vinum dimittendū. ¶ Silla.

¶ Hic pōit curaꝫ qñ fit a vētositate ⁊ diuidit̄ in tres. Pri
mo ponit curam per localia. Secundo per euacuationem.
Tertio per dietā. secunda ibi. (Et venter). Tertia ibi. (Et
cibaria): Prima in duas. Primo ponit curam per iniectio
nē in auribus: Secūdo per suffumigationem: secunda ibi.
(Auris quoq̄ꝫ): De prima dicit ꝙ si sonit⁹ sit cū grauedine
capitis ⁊ debilitate auditus oleum de semine raphani oleū
de amigdalis amaris oleū roſ. in quo castoreum sit dissolu
tū sunt imittenda: Ratio quia capite purgato illa olea ha-
bent resoluere ventositatem. ¶ Notandū ꝙ per illa possu
mus intelligere sibi similia: vt iiectio aque raphani olei lau
rini: Ad idem iniectio succi serpentarie cum melle: Ad idē
iniectio olei de been. Ad idē succus cepe: Ad idē aqua ru-
te posita in aure cū bōbice. Ad idē oleū de amigdalis ama
ris in quo dissoluta sit ruta vel aliquid euforbii: Ad idem
oleum de spica in quo dissoluat̄ opium castoreū ⁊ euforbiū
Ad idem si distillet̄ acetū decoctionis ellectuari nigri me-
sue. (Auris quoq̄ꝫ): Ponit curam per vaporationem dicēs
ꝙ auris debet poni supra vaporem aque in qua cocta sint
sansucus sticados arabicum mentastrum ⁊ absinthium.
Ratio quia talis vaporatio est causa dissoluendi ventosita
tem ⁊ debet recipi per cannā vel per aliud instrm̄: Ad idē
vinum decoctionis bethonice ⁊ est experimentū gordonii
bonum. (Et venter): Ponit curam per euacuationē cū pil
lulis cochiis. Ratio quia euacuat̄ flegma a cerebro a quo
eleuatur ventositas que est causa sonitus ⁊ tinnitus. (Et ci
baria): Hic ponit curam per cibaria dicens ꝙ cibaria sunt
minuenda. Rō quia calor redditur magis intentus circa
materiam ad resoluendum eam. Secundo dicit ꝙ vinum
ē dimittendum. rō quia tale est vaporosum ⁊ cōmouet ven
tositates ⁊ vapores. iō ⁊c̄. ¶ Notādū ꝙ debet abstiere a
porris leguminib⁹ nucib⁹ ⁊ silib⁹ oib⁹ vaporosis.

¶ De grauedine auditus. ¶ Sillanus.

